<sup>162</sup> Eleonora, vidua Leopoldi I imperatoris.

<sup>163</sup> Andreas Chrysostomus Załuski.

chow, Ecclesiae Praepositurali in ipso oppido existenti annexae, pertinenti ad Monasterium Tinecense certarum scultetiarum, Siedliska et Luboszw nuncupatarum, alias ad Abbatem Tinecensem pertinentium, pro fundatione inservientium ex motivis in infrascripto tenore ipsarum precum expressis, per memoratum Rev.mum Abbatem Commendatarium cessarum et applicatarum, sub Beneplacito tamen Apostolico de plenitudine Potestatis suae huiusmodi cessionem et applicationem cum fundatione approbare et confirmare roburque perpetuae firmitatis adicere dignaretur. Praelibatus S.mus D.nus Noster Negotium hocce et preces ipsas ad Sacram Congregationem *etc.* Cardinalium, Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium, praepositam, remisit. Quae Sacra Congregatio anno proxime praeterito commiserat ad praesens Em.mo D. Horatio Philippo Spada, Episcopo Lucano, tunc Nuntio Apostolico in Regno Poloniae, Antecessori N.ro, ut informationem super expositis apud Sedem Apostolicam, auditis interesse habentibus, sumpsisset eidemque retulisset, animi sui votum addendo. Porro capta necessaria informatione et auditis interesse habentibus, cum Relatio dictae Sacrae Congregationi desuper data fuisset, eadem Nobis commisit, ut veris existentibus narratis et quatenus expedire censuerimus, Facultatem applicandi scultetias praedictas Ecclesiae BMV prope oppidum Tuchow pro N.ro arbitrio et conscientia impartiremur, et ut alias in ipsis precibus et Rescripto seu Decreto Sacrae Congregationis *etc.* Cardinalium, Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae, ad Nos in forma authentica transmissio continetur. Quarum et cuius respective tenor est, ut sequitur, videlicet:

Beatissime Pater.

Abbas Commendatarius et Capitulum Monasterii Tinecensis, siti in Dioecesi Cracoviensi, reverenter Sanctitati V.rae exponunt, qualiter inter caetera loca ad Abbatiam pertinentia est oppidum Tuchow, ubi ultra Praeposituram, cui animarum cura annexa est et ad monachos pertinet Tinecenses, in alia Praepositurae annexa Ecclesia colitur Imago BMV per Decretum Ordinarii Cracoviensis, praeviis Processibus, declarata miraculosa. Circa praedictum oppidum sunt bona partim directe ad Mensam Abbatialem, partim ad Monasterium, e gremio cuius semper Praepositus eligitur, pertinentia. Partim denique sunt bona, quae vocantur scultetiae sive advocatae. Quae licet sint bona Mensae Abbatialis, nihilominus ex usu Regni Poloniae cum [16v] Apostolicae Sedis permissione dari semper consueverunt iis Nobilibus ad fruendum toto vitae suae tempore, qui Reipublicae et Abbatiae seu Abbati fidelem operam ac servitium praestaverunt. Huius naturae sunt scultetiae vocatae Siedliska et Luboszw, sitae prope Tuchoviam et possessae suprascripto Iure a Nobili Ioanne Casimiro Szaniawski. Has igitur scultetias, quae possunt habere annui redditus circiter 2 millia florenorum currentis Poloniae monetae, vellet Abbas Commendatarius, in cuius disposi-

tione sunt, applicare secundum totam earum extensionem, prout possessa fuerunt a praedicto Nobili Szaniawski, Ecclesiae supradictae BMV, quae ad hoc usque tempus nullam habet foundationem, et tamen frequentissimus ibi semper concursus populorum fit, cum maxima devotione. Motiva et conditiones expressae talis Foundationis sunt: ut ad proportionem redditus harum scultetiarum augeatur numerus Monachorum praecise deputandorum pro servitio Ecclesiae supramemoratae BMV, ex iisdem bonis fiant expensae pro musica, pro conservatione et augmentatione Sacrae et Ecclesiasticae suppellectilis, pro conservandis et restaurandis aedificiis, pro concionatoribus, pro confessariis tandem in maiori numero accersendis in solemnitatibus, ad solam tamen Ecclesiam B.mae Virginis supradicta omnia referendi. Hoc addito onere Patribus deputatis ad servitium dictae Ecclesiae, ut singulis hebdomadis in infinitum teneantur celebrare unam Missam ad altare B.mae Virginis pro moderno Abbate Commendatario et secundum suam intentionem, hac etiam expressa conditione, ut directio huius Foundationis semper maneat penes Capitulum Tinicense. Ad complementum ergo tam pii operis supplicant humillime Sanctitati V.rae Abbas Commendatarius et Capitulum Tinicense, quatenus Sedis Apostolicae auctoritatem, robur et firmitatem huic Foundationi dignetur apponere ad laudem Omnipotentis Dei et cultum B.mae Virginis augendum, in cuius Tuchoviensi Ecclesia fundentur etiam preces incessanter apud Deum pro Sanctitatis V.rae et eius Sanctorum desideriorum felicitate et prosperitate, necnon Sanctae Matris Ecclesiae et Sedis Apostolicae exaltatione. Quam Deus etc.

Sacra Congregatio *etc.* Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praeposita, attenta relatione Nuntii Apostolici in Polonia residentis, eidem benigne commisit, ut veris existentibus narratis, et quatenus expedire censuerit, petitam facultatem pro suo arbitrio et conscientia oratoribus impertiatur. Romae, 17 Martii 1707.

(Locus † Sigilli)

G[asparus] Cardinalis Carpineus  
F. Archiepiscopus Nicenus, Secretarius

Nos vero, ad executionem commissorum et Nobis per praedictam Sacram Congregationem *etc.* Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositam demandatorum devenire volentes, cum iam sufficienter Nobis de veritate narratorum apud S. Sedem Apostolicam porrectorum constiterit et constet, quodque exinde nullum praeiudicium moderno Rev.mo Abbati Commendatario Tinicensi et suis successoribus generetur, quando nec ipse nec sui Antecessores ab immemorabili tempore praedictas scultetias Siedliska et Luboszow possederunt, sed continuo illas laici Nobiles soleant possidere, fructusque ex illis pro se tollere, attento etiam consensu moderni Rev.mi Abbatis Commendatarii pro huiusmodi applicatione et Foundatione praestito, facultatem applicandi in perpetuum praedic-

tas scultatias Siedliska et [17r] Luboszew Ecclesiae BMV prope oppidum Tuchow sub directione Capituli Monasterii Tinecensis, auctoritate Sacrae Congregationis etc. Cardinalium Negotiis et Consultationibus Episcoporum et Regularium praepositae Sanctaeque Sedis Apostolicae, Nobis, ut supra, concessa, impartendam esse duximus, prout per praesentes impartimur, huiusmodique applicationem et foundationem respective eadem auctoritate approbamus et confirmamus, ac robur perpetuae firmatis tenore praesentium adicimus ita, ut nullo unquam tractu temporis per quempiam, quacumque auctoritate fungentem, huiusmodi applicatio et fundatio sub quocumque praetextu seu praetensa laesione Iurium Abbatialium violari et infringi valeat. Cum obligationibus tamen, ut ad proportionem redditus scultetiarum praedictarum augeatur numerus Monachorum praecise deputandorum pro servitio Ecclesiae supramemoratae BMV et ex iisdem bonis fiant expensae: pro musica ac conservatione et augmentatione Sacrae et Ecclesiasticae suppellectilis, pro conservandis et restaurandis aedificiis, pro concionatoribus, pro confessariis tandem in maiori numero accersendis in solemnitatibus, ad solam tamen Ecclesiam B.mae Virginis. Obligamus praeterea Patres Deputatos ad servitium dictae Ecclesiae, ut singulis hebdomadis teneantur celebrare unam Missam ad altare B.mae Virginis pro moderno Rev.mo Abbate Commendatario et secundum suam intentionem, hac etiam expressa conditione, ut directio huius Foundationis semper maneat penes Capitulum Tinecense. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 20 Mensis Maii, Anno D.ni Millesimo Septingentesimo septimo.

(Locus † Sigilli)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius

**N. 416.**

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 21 V 1707.

*Pro litteris 2 V datis (N. 376-379) gratias agit et accurata responsa ad eas adiungit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 211r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 28v.

## N. 417.

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 21 V 1707

*Probat sapiens eius responsum supremo exercituum Regni capitaneo datum de proventibus episcopatus Cracoviensis ad usum et necessitatem belli convertendis. Affirmat non de bello religionis hic agi, sed de bello ob "puram passionem" gesto. Mandat nuntio, ut eiusmodi proposita et consilia supremi exercituum ducis modis omnibus cohibeat atque impediat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol.203A f. 212r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 29r.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Saviamente ha risposto V.ra Signoria Ill.ma al Gran Generale della Corona<sup>164</sup> su l'istanza da lui replicata per la permissione di valersi delle rendite ecclesiastiche per supplire con esse ai bisogni della guerra, impe-roché non si tratta di una guerra si religione, ma di stato o, per dir meglio, di pura passione. Persista dunque ella fortemente nella negativa e procuri di far conoscere al medesimo Sig. Gran Generale l'improprietà delle sue dimande e a convenienza di appigliarsi a consigli migliori. E a V.ra Signoria Ill.ma auguro *etc.* Roma, 21 Maggio 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*

(a-F[abrizio] card. Paulucci-a)

a-a) *Autographum.*

## N. 418.

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 21 V 1707.

*De calamitosa condicione, in qua Polonia nunc versatur, scribit se confirmare omnia, quae prioribus litteris suis scripserit, et asserit novam regis electionem ad perniciem illius Reipublicae et ruinam religionis adducturam*

<sup>164</sup> Adamus Sieniawski.

*esse. Mandat, ut nuntius Polonos hortetur, ut pro publico bono privatis commodis renuntiare sciant. Affirmat praesenti rerum Polonarum statu palatinum Posnaniensem esse fovendum atque promovendum.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 213r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 29r-v.

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Sopra le presenti calamitose contingenze della Polonia non posso che riportarmi a ciò che a V.ra Signoria Ill.ma ho scritto co' passati miei dispacci. Vada dunque ella eseguendo le commissioni, che con essi le sono state date, di procurare con insinuazioni adattate il disinganno di quelli che credono di dare la pace al Regno coll'elezione di un nuovo Re, e facendo loro conoscere che questo appunto sarebbe anzi il modo di perpetuare la guerra e di promuovere colla totale desolazione della Republica la rovina della Religione. Si persuada a sacrificare al servizio di Dio et al ben publico le private passioni e non faccia già V.ra Signoria Ill.ma alcun segreto di quelle commissioni, né le disimuli, stimandosi bene per le riflessioni accennate colle passate mie lettere, che ne pervenga la notizia al Palatino di Posnania, anzi anche al medesimo Re di Svezia, affinché egli ne prenda motivo di moderar quei fieri sentimenti che da molte parti si sente venir da lui nodriti contro la Sede Apostolica e, conseguentemente, contro tutti gli'aderenti alla medesima. E auguro *etc.* Roma, 21 Maggio 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*

(a-F[abrizio] card. Paulucci<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 419.**

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 23 V 1707.

*Pro litteris 30 IV datis (N. 372) gratias agit et de novis quaestionibus accuratius scribit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f.377r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 64v.

## N. 420.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 23 V 1707.

*Nuntiat de morte abbatis commendatarii Benedictinorum Plocensium et mittit "instrumentum authenticum" electionis novi abbatis.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 378r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 69r.

Eminentissimo *etc.*

Essendo morto alcune settimane sono l'Abbate Commendatario dell'Abbadia di S. Adalberto dell'Ordine Benedittino di Plosko<sup>165</sup>, hanno quei Religiosi eletto in Abbate uno del loro Monastero, ed inviatone costà l'Instrumento autentico, hanno desiderato ancora che supplichi umilmente l'Eminenza V.ra dell'onore della sua protezione, onde ne sia spedita costì la conferma. Al che mentre adempisco col più sommo rispetto per loro consolazione, faccio *etc.* Troppaw, 23 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

<sup>(a)</sup>-Umilissimo *etc.*

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

## N. 421.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 23 V 1707.

*Refert colloquium suum cum epo Varmiensi habitum de summis ab illo Camerae Apostolicae persolvendis. Significat eundem episcopum totum debitum suum statim exsolvere non posse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f.379r-v.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 68v-69r.

---

<sup>165</sup> Płock.

Eminentissimo *etc.*

Parlai a Mons. Vescovo di Varmia<sup>166</sup> del suo debito colla Camera Apostolica e lo trovai assai disposto a sodisfarmi. Tuttavia, credendosi molto gravato di una tanta spesa che non può montare, disse egli, per sè, e tre persone alla somma di ottocento scudi Romani, perciò ne desiderarebbe un conto specificato, poichè suppone che potrebbe far conoscere essere stato di molto liberale nello spendere chi l'ha condotto costà, dove li dispiace quando vi si trovava, di non haverne parlato, ma che nulladimeno per pagare il giusto nelle presenti angustie, che sono communi a tutti i Polacchi, havrebbe impegnata anche l'ultima sua croce. E faccio [379v] *etc.* Troppaw, 23 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*  
Giulio, Arcivescovo di Nazaret-<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

N. 422.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 23 V 1707.

*Narrat de colloquiis cum epo Varmiensi habitis, quem mandatu palatini Posnaniensis ad se venisse suspicatur. Significat eundem episcopum animi dotes et virtutes palatini Posnaniensis summopere laudasse. Male autem de rege Suetiae locutum esse et affirmasse illum acerrimum adversarium esse familiae Szembek et epi Cuiaviensis, quos in dignitatibus et muneribus ipsorum non longius toleraturum esse putat. Ambos igitur, vel saltem primatem, esse revocandos arbitrabatur. Praefatum episcopum se etiam hortatum esse, ut summi pontificis animum palatino Posnaniensi conciliare conaretur, ita ut ipsum pro rege agnoscere vellet. Non deesse quidem opiniones Augustum in Poloniam esse reversurum, eiusque abdicationem nullam et irritam fuisse, sed eiusmodi rationes potius in favorem palatini Posnaniensis adduci posse. Nuntius probe novit sibi difficillimum esse summi pontificis animum ita conformare, ut palatino Posnaniensi faveret, sed spondet se ipsum adversus palatinum nihil habere, quod ei obicere possit.*

<sup>166</sup> Andreas Chrysostomus Załuski.

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 386r-392v.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 64v-68v.

Eminentissimo *etc.*

Fu da me la decorsa settimana Mons. Vescovo di Varmia<sup>167</sup>, che suppongo habbia intrapreso tal'viaggio d'ordine del Palatino di Posnania, benché dalla lettera scritta da questo a quello, che viene qui ingiunta in originale<sup>168</sup>, possa credersi il contrario. Il che tuttavia io non ammetto, poiché la stimo fatta colla riflessione, onde non si dica che egli cerchi con tanta premura una buona corrispondenza costì, e perciò vi sono state anche inserite le espressisoni che vi si leggono.

Mi fece il Prelato un lungo discorso sugl'affari presenti di Polonia e si diffuse principalmente nelle qualità del Palatino e a darmi a conoscere le di lui buone intenzioni e come egli meriti le grazie Pontificie, dalle [386v] quali mi disse che dipendeva il di lui stabilimento ed insieme la futura tranquillità della Polonia. Mi fece inoltre il ritratto del Re di Suezia, Principe che vuol porre, come avanzò, in esecuzione tutto ciò che concepisce senza far'conto non solo degl'ostacoli che possono fraporsi all'adempimento de' suoi disegni, ma al contrario, che quelli maggiormente lo accendono a non desisterne e che perciò sarà difficile di poterlo rimuovere dalla Sua somma aversione contro la Casa Szembek ed il Vescovo di Cuiavia<sup>169</sup>, volendo dell'una e l'altro l'ultimo estermínio, onde riuscirà quasi impossibile di persuaderlo a desisterne e a non ruinare intieramente le Chiese di [387r] Gnesna e Cuiavia, come ha risoluto, quando non si trovi qualche espediente di salvarle, procurandosi la demissione di ambedue o almeno del Primate<sup>170</sup>, che ha la disgrazia di essere il bersaglio dell'odio di quel Re e della passione degl'Aderenti del Palatino, che tuttavia mi assicurò si potrebbe disporre a di lui favore, quando l'altro mostrasse minore animosità contro di esso, che di ciò haveva egli, Vescovo, un'infinito rammarico, e non meno dei discorsi che si fanno da tutte quelle genti per differirvi da N.ro Signore la ricognizione del Palatino, per cui suppongono non habbia il Paterno suo Amore, ma che di questo dia solo delle prove al partito contrario, che ha poste e pone in tante angustie e pericoli la Religione e Republica, aderendo sì forte[387v]-mente ai Moscoviti. E volle anche dirmi che in ciò havevo io qualche parte, perché non conciliavo di costà colle mie informazioni al Palatino la propensione di N.ro Signore e quanto poteva egli sperare dalla di lui somma Beneficenza.

<sup>167</sup> Andreas Chrysostomus Zahuski.

<sup>168</sup> Cfr. AV, Nunz.Pol. 132 f. 381r-v.

<sup>169</sup> Constantinus Szaniawski.

<sup>170</sup> Stanislaus Szembek.

Perloch  non godevo ivi tutto il vantaggio che egli desiderava vi havessi, ma che per  aveva procurato di distruggere si insussistenti impressioni su la cognizione che egli disse tenere di me da lungo tempo. Che in fine mi pregava a non omettere a favore del sudetto Palatino ci  che dipendeva da me, come anche se si potesse trovare qualche temperamento per superare la gran difficult  che riguardava Mons. Primate, poich  forse non ve ne sarebbe stata tanta per il Vescovo di Cuiavia, bench  il [388r] primo mobile del partito contrario, che ben conosceva in ci  l'impegno ragionevole della S. Sede e di N.ro Signore, il quale li aveva fatto l'onore di parlarli positivamente che non era possibile di ritrattare quello che era stato fatto legittimamente, ma egli credeva che, per il bene publico, si potesse fare qualche cosa di pi  oltre le ordinarie regole per salvare in tal'forma la Chiesa.

Raccolsi assai bene da questo discorso essere egli onninamente persuaso che il Palatino debba rimanere Re e che nulla possa opporsi al suo stabilimento, bench  non manchi la voce del ritorno del Re Augusto e Mons. Vescovo di Varmia creda ancora che possa succedere, come me lo confesso e ne porto anche la ragione, ed   che la di [388v] lui abdicazione era nulla, perch  fatta in forma indebita e non ricevuta dalla Republica, bench  dall'altra parte dicesse altres  che questa era in dritto di detronizzarlo, doppo haverlo ammonito sopra quanto egli aveva intrapreso ed eseguito contro le leggi del Regno e le sue promesse, e che perci  il Primate poteva anche convocare la Dieta a quel fine, acci  che vi si determinasse quello che fosse stato pi  proficuo alla Republica, non dovendosi far conto del concorso di pochi in essa, mentre questi la formavano in difetto di quelli che, non curando quasi i proprii dritti, non vollero intervenirvi. Li risposi che potevo assicurarlo dell'ottima intenzione di Sua Beatitudine per il Palatino, che havevo nuovamente raccolto dall'ultimo dis[389r]paccio dell'Eminenza V.ra, e non alcun'particolare riguardo per il Partito dei zelanti, poich  havevo ordine di promuovere con tutti i mezzi convenevoli la di lui esaltazione, purch  si dia un'giusto e plausibil' campo a Sua Santit  di fare un tal passo, doppo haver dichiarata nulla la di lui Elezzione, ed a fine che si possa sostenere la libert  della Republica, che Egli non intende di opprimere. Oltre poi la considerazione, se fosse seguito tra esso Palatino, il Re di Svezia e l'Elettore di Brandeburgo qualche trattato pregiudiziale alla N.ra Santa Religione ed alla Republica, giach  era publica la voce che colla promessa di quel'Elettore di 6 mila Uomini e 500 mila talleri, li avesse egli ceduta la Prussia Reale poich  in tal caso, non dovendo in alcun modo soffrire Sua Beatitudine [389v] un si grave detrimento alla Religione e Republica, havevo ordine di oppormi alla di lui elevazione con tutto vigore. N  mi dovevo in tal caso arrestare alle minaccie o idee del Re di Svezia, che forse non sarebbe sempre assistito dalla buona fortuna, e molto meno alla di lui ingiusta pretensione di voler Mons. Primate ed il Vescovo di Cuiavia fuori delle loro Chiese, alle quali erano stati legittimamente elevati, come anch'egli mi aveva detto, non

potendo la Santa Sede soffrire un tanto torto, se pure ambedue non si apigliassero all'espedito di lasciarle spontaneamente, che non credevo, mentre a ciò sarebbe necessario un'atto eroico di vedersi ridotto a nulla, quando si faceva la prima figura in Polonia, se pure un'[390r]equivalente non li persuadesse ad una sì insolita e facilmente poche volte praticata risoluzione.

Indi mi feci a dirli che i discorsi che si tenevano, poco confacenti al dovere di vero Cattolico e riverente alla Santa Sede, non havrebbero mai fatto acquistare al Palatino e suoi Aderenti merito alcuno e non davano a conoscere avere del paterno cuore di Sua Santità quell'openione e stima, che esigeva l'infinito suo desiderio di vedere pacificata la Polonia ed il Palatino in stato di godere i frutti della tranquillità di essa, al che erano dirette le Cure Pontificie.

Poiché, per quello che mi riguardava, mi era bensì di qualche dispiacere di vedermi sì mal stabilito nel concetto di esso e de' suoi Aderenti, benché nulla habbia fatto che possa esserli [390v] nocivo, anzi più tosto procurato, se mi fosse lecito di mostrare ciò che ho scritto, il di lui vantaggio colle mie insinuazioni. Ma sicome in ciò che facevo non bramavo che di meritare il Clementissimo compatimento di N.ro Signore, così havendo questo potevo consolarmi di tale mia sventura, mentre nel mio operare dovevo avere per primario fine l'onore della Santa Sede e di Sua Santità, che non havrei mai impegnata dal mio canto ad alcuna cosa, ma lasciatali sempre una porta aperta di ritirarsi e fare ciò che stimarebbe più espedito per il suo decoro, della Religione e Republica, perché tale credevo essere il di lui servizio, e che perciò questo m'haveva ritenuto di non [391r] impegnarmi molto avanti nella lettera scritta a Mons. Vescovo di Culma<sup>171</sup>, giaché essendo sussistente il trattato, sarei stato obbligato di ritirarmi con detrimento del Palatino. Che tuttavia ero obbligato a Mons. Vescovo di quanto haveva avanzato a mio favore, poiché haveva ad essere sicuro della mia sincerità, e che non havrei negletto il di lui servizio, quando non pregiudicherà a quelli della N.ra Santa Religione e di Sua Beatitudine, la quale non doveva giudicare se la Republica può detronizzare i suoi Re e, potendolo, con quali motivi e ragioni, e né pure se il Primate è in dritto di convocare contro il Re Regnante la Dieta, e se quelli che la compongono, benché in piccolo numero, possono [391v] fare risoluzioni di tanta conseguenza.

Mi replicò egli che tutto ciò era vero e però non haveva che dirmi, ma che intorno al menzionato trattato poteva assicurarmi avere dalla bocca dello stesso Palatino essere quello non solo insussistente, ma falsa la voce che ne corre, come pure se n'è spiegato il Re di Svezia e l'ha fatto pubblicare da suoi Ministri in tutte le Corti straniere. Tuttavia, non fidandosi egli su tali asserzioni, pensava ritrarne dal Palatino una testimonianza scritta e sottoscritta di proprio pugno, e poi non contentandosi di ciò voleva nella

---

<sup>171</sup> Theodorus Potocki.

Corte di Berlino, dove era obligato di andare per il bene del suo Vescovado, procurare di haverne qualche lume, che non [392r] dubitava di ricavare per essere più certo della verità o falsità di esso, e che quando riceverà la sudetta testimonianza del Palatino me la trasmetterà, perché io habbia l'onore di inviarla all'Eminenza V.ra, havendo egli un'infinito interesse in ciò per quello della Religione, della Chiesa e della Republica, a quali andava unito il proprio, poiché in tal forma perderebbe il tutto. Indi mi richiese di promuovere la recognizione del Palatino con premura, o almeno di haverne tale certezza di ottenerla, onde si possa chiuder la bocca ai meno ragionevoli, confermare quello nelle sue rette intenzioni e trattenerne il Re di Svezia dall'esse[392v]cuzione dei proprii violenti disegni. Ma io non mi partii da quanto li havevo antecedentemente esposto, assicurandolo nulladimeno che vi contribuirò sempre, quando non vi sia alcun pregiudizio della Religione e del servizio di N.ro Signore, che devo riguardare in tutte le mie azzioni, non havendo per altro io alcuna occasione di essere contrario al Palatino, mentre di Esso si hanno costì ottime informazioni. Così finirono i nostri vicendevoli discorsi, la sostanza de' quali è appunto tale che ho havuto l'onore di rappresentare qui sopra umilmente all'Eminenza V.ra, alla quale faccio *etc.* Troppaw, 23 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*)

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 423.**

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 23 V 1707

*Spem reditus regis Augusti in Poloniam a fautoribus eius nondum prorsus depositam esse nuntiat. Palatinum Posnaniensem quamlibet concordiam cum gente Szembek et cum epo Cuiaviensi ineundam repudiasset. Fortassis summi pontificis conciliationem eos inter se pacificaturam esse opinatur. Significat aepum Leopoliensem Kioviam transportatum esse, epum vero Cuiaviensem in hac domicilii eius mutatione intercessionem summi pontificis perspicere.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 382r-383r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 69r-v.

Eminentissimo *etc.*

Continua ancora nei zelanti la speranza non solo che il Re Augusto debba ritornare in Polonia, ma lo credono sì fermamente che non ne dubitano punto, poiché asseriscono che o i Moscoviti prevalghino o no, cercherà egli sempre le occasioni opportune di riassumere quella Corona, alla quale è stato sforzato di rinunciare quindi e che quelli non vogliono, conforme mi scrivono, né possono disporsi ad alcun accomodamento, che tuttavia mi è stato supposto haver fatto proporre il Vescovo di Cuiavia<sup>172</sup> e la Famiglia Szembek al Palatino di Posnania che l'ha rigettato, se non vedono l'esito d'una battaglia, poiché dicono che esporrebbero ad una totale [382v] ruina la Polonia e perché si adulano che questo vittorioso avrà sempre bisogno di N.ro Signore che si degnarà procurare con esso il loro aggiustamento, che tuttavia desidererebbero presentemente, seguendo quello tra il Re di Svezia e il Czar, il quale brama con passione la pace alla quale l'altro non vuol dare in alcun modo orecchio, non potendo essi convincersi che sarà impossibile di assisterli in una tanta estremità, nella quale Sua Beatitudine non potrà interporre la sua mediazione, mentre si havrebbe a temere che fosse negletta.

Altre lettere di Polonia confermano che Mons.Arcivescovo di Leopoli<sup>173</sup> sia stato inviato a Kiovia, tuttavia Mons. [383r] Vescovo di Cuiavia mi ha scritto che si otterrebbe dal Czar, come egli ha penetrato, che fosse mandato costà quando se gliene facesse istanza a nome di N.ro Signore. Al che tuttavia non ho voluto azzardarmi, poiché non credo di dovermi prevalere senza una positiva sicurezza del nome Pontificio e perché non ho sopra ciò gli ordini dell'Eminenza V.ra, alla quale faccio *etc.* Troppaw, 23 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 424.**

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Romae, 23 V 1707.

<sup>172</sup> Constantinus Szaniawski.

<sup>173</sup> Constantinus Zieliński.

*Iterum commemorat litteras palatini Posnaniensis easque per abbatem Marcum Antonium Santini ad eum mittit.*

**Autogr.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 380r.

Eminentissimo *etc.*

Essendo rimasta su il mio tavolino la lettera del Palatino di Posnania<sup>174</sup>, enunciata in una del mio dispaccio, ho l'onore di trasmetterla qui annessa all'Eminenza V.ra, raccomandandone l'indirizzo al Sig. Abate Santini, a cui la invio facendo giungere il corriere, che è partito hoggi con un Espresso e faccio all'Eminenza V.ra *etc.* Troppaw, 23 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

Umilissimo *etc.*  
Giulio, Arcivescovo di Nazaret

**N. 425.**

**"Avviso"**  
**a Iulio Piazza**  
**ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 23 V 1707.

*Prope Czestochoviam proelium non magni momenti inter Polonos et Moscovitas commissum est, in quo "solum" triginta Moscovitae vitam amiserunt et pauci in captivitatem abducti sunt. Moscovitae autem, qui in viciniis Cracoviae morantur, profectioi se accingunt Sandomiriam versus, fortassis ad Conventum Lublinensem ituri, ubi secundum rumores in dies crescentes de nova regis electione deliberabitur. Palatinus Sandomiriensis nuntios Lublinum misisse dicitur, quibus iniunxit, ne novae electioni consentirent. Cracoviam Leopoli reverterunt nuntii palatinatus Cracoviensis, qui attulerunt supremum exercituum Regni capitaneum promississe a proscriptione bonorum nobilitatis desistere et arbitrio ipsorum nobilium relinquere, utrum commeatum exercitui suppeditare velint an nolint. Publicatae sunt litterae universales "caesaris" Moscorum, quibus prohibet, quin alia cibaria praeter solam farinam ab incolis exigantur. Varsavia allatum est generalem Heyn*

<sup>174</sup> Cfr. AV, Nunz.Pol. 132 f. 380r.

*iussu supremi exercituum Regni capitanei transportationem commeatum ibi apparare. Gedano affertur generalem Brandt, palatini Posnaniensis fautorem, illuc venisse, unde iter in Pomeraniam ingressurus esse fertur. Posnaniae et in locis illi urbi vicinis Moscovitae multa damna incolis intulisse dicuntur, a Suetis in ea re minime impediti.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 393r-v (annexum ad fasciculum epistularum N. 419-424).

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 196r-197r.

#### Troppaw, 23 Maggio 1707

Fu di poca considerazione il conflitto seguito tra i Polacchi e Moscoviti vicino a Cestochova, avvisato colle passate, essendo degl'ultimi restati sul campo trenta solamente ed alcuni fatti prigionieri, ma de' primi non se ne ha notizia alcuna. All'avviso di questa attione spedì il Generale Beheme di Cracovia una partita più forte verso quelle parti, ma non si ha di essa per anche contezza veruna. Intanto i Moscoviti, che sono nelle vicinanze di quella Città, si preparano alla marchia, dicesi, alla volta di Sandomiria, mentre era imminente la convocazione del consiglio in Lublino, nel quale sempre più cresce la voce che si tratterà della nuova Elezzione, per la quale dicesi che molti Signori si siano sottoscritti, desiderandola con somma passione il Czar.

Si ode che il Palatino di Sandomiria habbia nominati dodici Nunzii per spedire a Lublino, ma che loro sia stato ordinato di non consentire alla nuova Elezzione, se non vi saranno i Deputati di tutti i Palatinati, Provincie e Terre. Anzi si soggiunge che per la medema né pure habbia disposizione alcuna Mons. Primate<sup>175</sup>.

Essendo ritornati i Deputati del Palatinato di Cracovia, spediti appresso il Gran Generale della Corona a Leopoli, hanno riportato che questo habbia promesso di non mandare delle esecuzioni [393v] sopra i beni dei Nobili, ma lasciare alla loro discrezione il fornire i viveri necessari per la Fortezza di quella Città.

Sono stati publicati gl'universali del Czar, con i quali è ordinato ai suoi Officiali di non esiggere altri viveri che la sola farina accordata dal Consiglio di Leopoli alle sue truppe.

Si ha di Varsavia che il Generale Heyn era ivi giunto complimentato da quel Magistrato, il quale haveva dato ordine che si preparassero i carri per il trasporto della provianda, e che alcune truppe della Corona si allestivano per marchiare al luogo destinato dal Gran Generale.

---

<sup>175</sup> Stanislaus Szembek.

Avvisano di Danzica che era ivi arrivato il Generale Brandt, il quale aveva abbracciato il Partito del Palatino di Posnania e doveva di là passare in Pomerania.

Le lettere di Posnania portano che i Moscoviti si facevano ben spessi vedere in quei contorni e vi commettevano diversi disordini, senza opposizione de' Suedesi, che si trovano in quella Città in numero di 5 mila.

**N. 426.**

**"Avviso"**  
**a Iulio Piazza**  
**ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 23 V 1707.

*Oratores Angliae et Bataviae, qui fuerunt Dresdae ad statuendum iter exercitus illarum regionum a rege Augusto illis concessi, profecti sunt Lipsiam, quo etiam idem Augustus se contulit occasione nundinarum, quae ibi celebrari solent. Dresdae comprehensi sunt baro Imhoff et referendarius Pffingsten, auctores celebris tractatus pacis Saxonicae. Suetorum profectio e Saxonia semper differtur et tandem ad 10 diem mensis Iunii procrastinata esse videtur. Apud regem Suetiae moratur orator civitatis Hanoverensis, Oberg, bonas intentiones foederatis promissas executioni mandaturus. Elector Brandenburgensis male contentus esse dicitur, propterea quod minister "caesaris" Moscorum, ex aula sua revertens, a Suetis comprehensus et detentus est.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 394r-395r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 154v-155r.

Troppaw, 23 Maggio 1707.

Gl'inviati d'Inghilterra e d'Olanda, che sono stati a Dresda per regolare la marcia delle truppe concesse dal Re Augusto a quelle Potenze, ne sono susseguentemente partiti alla volta di Lipsia, dove pure si è portato il sudetto Re in occasione della solita fiera che ivi si fa.

Sono stati arrestati in Dresda il Barone Hymoff ed il Referendario Fingsten, autori del celebre trattato di pace di Sassonia, e benché dicesi che la cagione del loro arresto sia il sudetto trattato, tuttavia si aggiunge essere

particolarmente l'amministrazione dei denari, dei quali devono render conto.

Si differisce sempre più dai Suedesi la loro partenza di Sassonia, che sentesi sia stata rimessa [394v] sino alli X del prossimo, e si crede che ciò sia per vedere quale sarà l'apertura della campagna in Fiandra, colla quale si crede che il Re di Svezia voglia regolare le sue mosse.

Si trova appresso il sudetto Re il Sig. Oberg, Inviato di Hannover, per portarlo a porre in esecuzione le buone intenzioni date agl'Aleati uscendo dalla Sassonia et a moderare le pretensioni che fa nella Corte di Vienna, dalle quali però dicesi che non voglia punto recedere, a che lo confermano facilmente le lusinghe che li vengono fatte dall'Inghilterra per non inasprirlo nelle presenti congiunture.

Dicesi che l'Elettore di Brandeburgo sia mal sodisfatto dell'arresto fatto dalli Suedesi del Ministro del Czar partito [395r] dalla sua Corte e che ne voglia fare gravi doglianze appresso il Re di Svezia, ma forse seguirà con poco successo.

#### N. 427.

**Iulius Piazza**  
**epo Plocensi [Ludovico Załuski]**  
**seu Andreae Przybyłowski, iudici surrogato**

Opaviae, 23 V 1707.

*Provisio pro Casimiro Kochański ad beneficium Nieporęt, dioecesis Plocensis.*

Min.: AV, Arch. Nunz. Vars. 182 f. 17r.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Ill.mo ac Rev .mo D.no Episcopo Plocensi seu Perillustri ac Adm. Rev.do D. Andreae Przybyłowski, I.U.D., Plocensi, Pultoviensi Canonico, ad exercenda Iudicia Surrogato, salutem etc. Literarum scientia, vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos digno commendatur testimonio R. Casimirus Kochański clericus, Nos inducunt, ut sibi ad gratiam reddamur liberales. Cum itaque, sicut accepimus, Beneficium Capellaniae Ecclesiae in Nieporęt, Dioecesis Plocensis, post mortem et obitum Rev.di Andreae Barnaszewski, illius Ecclesiae ultimi et immediati Possessoris, extra Romanam Curiam in mense et anno nunc currendo vacaverit

etc. Reliqua ut in fol. 5 [cfr. N. 129] mutatis mutandis deinde. Non obstantibus etc. In quorum fidem. Datum Opaviae in Silesia die 23 mensis Mai Anno D.ni 1707.

**N. 428.**

**Iulius Piazza**  
**Antonio Szychowicz, dioecesis Posnaniensis**

Opaviae, 24 V 1707.

*Impertit ei dispensationem super interstitiis et extra tempora ad presbyteratum suscipiendum.*

**Summarium in cancellaria confectum:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 17r.

**N. 429.**

**Iulius Piazza**  
**Adalberto Tworkowicz,**  
**dioecesis Posnaniensis**

Opaviae, 24 V 1707.

*Impertit ei dispensationem super interstitiis et extra tempora ad presbyteratum suscipiendum.*

**Summarium in cancellaria confectum:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 17r.

**N. 430.**

**Iulius Piazza**  
**Gregorio Sabrec**

Opaviae, 24 V 1707.

*Impertit ei dispensationem super interstitiis ad omnes ordines suscipiendos ob necessitatem ecclesiae hospitalis Kolubielicensis [Kołbiel] dioecesis Posnaniensis.*

**Summarium in cancellaria confectum:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 17r.

**N. 431.**

**Iulius Piazza**  
**epo Plocensi [Ludovico Załuski]**  
**seu Andreae Przybyłowski, surrogato**

Opaviae, 24 V 1707.

*Impertit ei commissionem ad dispensandum cum Valeriano Mirczyński et Constantina Grochowska super impedimento ad contrahendum matrimonium cognationis spiritualis et quarti consanguinitatis seu affinitatis gradus.*

**Reg.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 17r-v.

**N. 432.**

**Iulius Piazza**  
**officiali Varsaviensi [Stephano Wierzbowski]**

Opaviae, 24 V 1707.

*Impertit ei commissionem ad dispensandum cum Nicolao Cyrus, parcho Wildzensi, super irregularitate ad cautelam.*

**Reg.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 17v-18r.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Perillustri ac Admodum Rev.do D.no Officiali Varsaviensi ac per Ducatum Masoviae Generali, salutem etc. Expositum fuit Nobis pro parte Admodum Rev.di Nicolai Cyrus, Parochi Wildzensis, Dioecesis Posnaniensis, quod alias ipse captivatum

quendam laboriosum Iosephum Sowinski super ablati furto certis pecuniis, nec non aliis variis rebus tam ecclesiae Wildzensis quam exponentis propriis, inculpatum ipsum non alio animo nisi vindicandi et repetendi praefatas res ablatas, iudicio saeculari competenti transmisit, ad quem effectum mandatarium constituit. Sed quia in dicto iudicio memoratus Sowiński ratione aliorum furtorum convictus ad poenam ordinariam, scilicet ultimi supplicii condemnatus fuit et eandem poenam subiit, nec exponens praefatus in mortem ipsius instigavit, nisi per suum mandatarium ad praemissum effectum, nempe repetitionis sui et ecclesiae damnorum egit; ad omnem tamen conscientiae suae tranquillitatem et uberiores cautelam ad Nos recursum fecit et humiliter supplicavit, ut secum super irregularitate, si quam exinde incurrisset, dispensatione de benignitate apostolica dignaremur. Nos, suis supplicationibus benigne inclinati eundemque in primis a quibusvis etc. absolventes et absolutum fore censentes, ac certam de praemissis notitiam non habentes, Perillustri ac Admodum Rev.dae Dominationi Vestrae per praesentes committimus, quatenus verificatis narratis et dummodo exponens in mortem praefati Iosephi taliter non influxerit, ut exinde dici possit homicida voluntarius, cum eodem super irregularitate, quam ex praemissis contraxisset, iniuncto tamen ipsi, si in aliquo reus esset, ut in animae suffragiis defuncti, vel prout melius de iure fuerit, in heredibus ipsius satisfecerit, auctoritate Nostra, qua vigore etc. etc. Reliqua ut fol. 14 deinde. Datum Opaviae in Silesia die 24 Maii 1707.

(Locus † Sigilli)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius

N. 433.

**Iulius Piazza**  
**ecclesiae Wieliszeviensi, dioecesis Plocensis**

Opaviae, 25 V 1707.

*Concedit indulgentiam septem annorum et totidem quadragenarum pro festo Transfigurationis Christi, a primis vesperis usque ad occasum solis praedicti diei festi.*

Iulius Piazza etc. Ad augendam fidelium devotionem et animarum salutem, caelestibus Ecclesiae thesauris pia charitate intenti, omnibus et singulis utriusque sexus Christi Fidelibus vere poenitentibus et confessis ac Sacra Communionem refectis, qui ecclesiam parochialem Wieliszewiensem, Dioecesis Plocensis, in Festo Transfigurationis Christi Domini a primis Vesperis usque ad occasum solis praedicti diei festi devote visitaverint et ibi pias ad Deum preces effuderint pro unione Principum Christianorum et fidei Catholicae propagatione ac haeresum extirpatione, quo die festo id egerint, Indulgentiae septem annos et totidem quadragenas misericorditer in Domino concedimus atque relaxamus. Non ostantibus etc. praesentibus ad quinquennium tantum valituris. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 25 Maii 1707.

(Locus † Sigilli)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, cancellarius

N. 434.

**Iulius Piazza**  
**Augustino Steffani**

Opaviae, 27 V 1707.

*Pro litteris sibi missis gratias agit. Nuntiat cardinalem Saxoniae Vindobona Thermas Carolinas et Coloniam Agrippinam mox proficisci debere. Regem Suetiae adhuc in Saxonia commorari, neque constare, quando inde discessurus sit. Palatinum vero Posnaniensem itineri in Poloniam se accingere videri, eo magis quod uxorem et matrem in Pomeraniam iam miserit. Significat incertum rumorem sparsum esse de pace inter regem Suetiae et "caesarem" Moscorum paranda, quam fortasse pacem in Poloniam etiam allaturam esse putat, sed eiusmodi spem potius esse vanam. Regem Augustum comprehendi iussisse baronem Imhoff et referendarium Pfingsten, celebris tractatus pacis Saxonicae auctores, et currere vocem eum in Poloniam esse rediturum. "Caesarem" Moscorum numerosum exercitum habere affirmari, ad 100 milia hominum ascendentem. Abbatem Vanni Vindobona Pragae se contulisse. Negotium Monasteriense brevi conclusum iri sperat. Addit insuper in Silesia adventum regis Suetiae, parum optabilem, exspectari.*

Troppaw, 27 Maggio 1707.

Ho due umanissime sue delli 8 e 12 del cadente, colle quali resta largamente compensato il passato suo silenzio, di cui fu cagione il suo viaggio. Le ne rendo mille grazie devote e rispondendo le dico che il Sig. Cardinale di Sassonia doveva partire in questa settimana di Vienna per passare a i Bagni di Carlsbaat<sup>176</sup> e di là rendersi in Colonia per dimorarvi poche settimane.

Il Re di Svezia è ancora in Sassonia ed è ignoto quando ne partirà, contuttoché il Palatino di Posnania con i suoi si aduli che debba ben presto marciare alla volta di Polonia, perloché ha inviata la propria moglie e madre in Pomerania. Nulladimeno non v'è sicurezza alcuna, ma bensì che si procura una pace tra il primo ed il Czar, che la desidera con passione, ed in tal caso seguirebbe la tranquillità di Polonia, che io bramo. Tuttavia non credo che succederà, poiché il Re di Svezia ha molte idee in testa, oltre che le lettere tornate al Ministro Moscovita stato a Berlino, arrestato in Silesia e condotto in Sassonia, fanno pensare ad altre cose. Ed intanto il medesimo non desiste dalle dimande fatte nella Corte di Vienna, sicché si crede che habbia molti disegni in testa e forse l'apertura della Campagna in Fiandra li renderà palesi.

Il Re Augusto ha fatti arrestare in Dresda l'Hymhoff e Pffingsten, autori del famoso trattato di Sassonia. Ciò fa parlar molto e non meno la voce che corre del suo ritorno in Polonia e del quale non pochi quasi si assicurano, [2] e lo so da buon luogo. Tuttavia io, di molto incredulo nelle cose umane, voglio vederlo.

Il Czar ha numerose truppe e credo di haverle scritto montare a quasi 100 milia uomini, ma non tutte tali da potersi fidare, poiché quantunque siino castigati colla morte quelli che fuggono, tuttavia non si sono scordate ancora di un sì bel mestiere, che salva la vita credo, benché col tempo si agguerriranno per i molti ufficiali Alemanni, che li comandano, e come ella dice, ci pentiremo di haver poste in questo stato. Ma è necessario ancora, che questo Czar dice lungo tempo, poiché mancando lui mancaranno le presenti sue disposizioni.

Suppongo che sarà partito di Vienna il decorso mercoledì alla volta di Praga il Sig. Abbate Vanni, che ella favorirà nella forma che troverà convenire a lui. In che mi riporto a Lei, che saprà discernere.

Goderò di sentire quanto prima, terminato il negozio di Munster per il bene di quella Diocesi e delle missioni di Olanda, e spero di haverne da Lei quanto prima la notizia. Viene qui annessa la risposta a quella della gentile Contessa Maria Francesca di Blanckenchim, alla quale La supplico farla rendere ed ella non dubitarà che sono suo vero, devotissimo et obligatissimo servitore.

<sup>176</sup> Karlsbad, nunc Karlovy Vary in Bohemia.

In questa Provincia di Silesia si teme una visita del Re [di] Svezia, e Dio faccia che non segua.

**N. 435.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 28 V 1707.

*Pro novissimis litteris, 9 V datis (N. 389-392) gratias agit et ad singula negotia in eis tractata respondet.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 217r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 29v.

**N. 436.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 28 V 1707.

*Sperat fore, ut conatus ad aepum Leopoliensem e custodia liberandum capti prosperum tandem habeant exitum. Mandat ei, ne primatem Regni stimulare desinat, ut ad liberationem archiepiscopi obtinendam laborare et instare pergat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 218r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 29v-30r.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Si vuol sperare che gli ufficii, che si vanno continuando costà per la liberazione di Mons. Arcivescovo di Leopoli<sup>177</sup>, sieno per produrre ogni buon frutto, tanto più che verranno avvalorati da quelli che ne sono stati replicatamente portati di qua a dirittura al Czar da questo Signor Principe

---

<sup>177</sup> Constantinus Zieliński.

Kurakin. Tuttavia non lasci V.ra Signoria Ill.ma di stimolar sempre Mons. Primate a insistere per la medesima, facendogli comprendere che quando non si ottenga, non anderà egli esente dalla taccia di haverla freddamente procurata. Et a V.ra Signoria Ill.ma prego dal Signore Dio copiose prosperità. Roma, 28 Maggio 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo etc.

(a-F[abrizio] Card. Paulucci)-a)

a-a) *Autographum.*

**N. 437.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 28 V 1707.

*Confirmat opinionem suam, iam prius prolatam, qua affirmavit in rebus Poloniae nullum maius et magis perniciosum malum exspectari posse quam novam regis electionem. Hortatur nuntium, ut omnes vias et media temptet, ut omnes, quorum id scire intersit, ea de re certiores faciat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 219r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 30r.

Ill.mo e Rev.mo Signore

Sopra l'emergenze della Polonia non ho che aggiungere a ciò che per regola de' suoi passi ho accennato a V.ra Signoria Ill.ma cogli antecedenti miei dispacci. Torno bensì a ripetere che qui si persiste più che mai in credere che niuna risoluzione sia per riuscir più letale al Regno, che quella di venire ad una nuova elezione. E perciò ella metta in uso tutte le sue rimostranze per capacitar e persuadere chi occorra di questa verità. E senza più auguro etc. Roma, 28 Maggio 1707.

Di V.ra Signoria Illma

Affettuosissimo etc.

(a-F[abrizio] Card. Paulucci)-a)

a-a) *Autographum.*

## N. 438.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 30 V 1707.

*Pro litteris 7 V datis (cfr. N. 385-386) gratias agit et de negotiis in praesentia expediendis scribit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 402r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 70r.

## N. 439.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 30 V 1707.

*Nuntiat ex annexis litteris supremi exercituum Regni ducis, ad se scriptis, videri posse eum ad mitiora consilia venisse in negotio proventuum episcopatus Cracoviensis ad necessitates belli destinandorum. Sperat ergo fore, ut haec controversia tandem componatur, eo vel magis quod eiusmodi negotium etiam primati Regni, epo Cuiaviensi et administratori dioecesis Cracoviensis curae sit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 407r-v.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 70r-v.

*Eminentissimo etc.*

Dall'ingiunta lettera del Gran Generale della Corona,<sup>178</sup> che è in risposta alla mia che li scrissi ultimamente, si degnarà riconoscere l'Eminenza V.ra essersi egli di molto mitigato nei sentimenti che mi avanzò nell'altra sua. Onde devo sperare che nulla debba soffrire di straordinario il Vescovo di Cracovia, in che hanno di molto cooperato i Monsignori Primate<sup>179</sup> e

<sup>178</sup> Adamus Sieniawski.

<sup>179</sup> Stanislaus Szembek.

Vescovo di Cuiavia<sup>180</sup>, ma infinitamente Mons. Vescovo di Chelma, Amministratore<sup>181</sup>, colle sue forti e replicate rimostranze, havendo anche a favore di quella Chiesa impegnato il Palatinato di Cracovia che ha ordinato ai suoi nunzii spediti al Consiglio di Lublino di [407v] farne gravi doglianze appresso il sudetto Gran Generale. Onde mi lusingo che sarà con ciò provveduto all'indennità della predetta Chiesa. E faccio *etc.* Troppaw, 30 Maggio 1707.

Di V.ra Eminenza

(a-Umilissimo *etc.*)

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a)</sup>

a-a) *Autographum.*

**N. 440.**

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 30 V 1707.

*Profert opinionem suam de epo Cuiaviensi, cum de intentionum eius sinceritate dubia orta sint.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f.403r-405r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 70v-71v.

Eminentissimo *etc.*

*Impertit ei commissionem ad absolvendum R. Thomam Dratomirecki, Vicarium Ecclesiae Cathedralis Premislensis, ab excommunicatione canonis Si quis etc. ex eo, quod ipse citatus excommunicatus ad Officium Consistoriale Premisliense ex instantia R. Iosephi Gargoński, itidem Vicarii eiusdem Ecclesiae Cathedralis Premisliensis, cum assistentia Instigatoris Officii pro eo, quod violentas manus in personam [19v] dicti Rev.di Gargoński iniecerit, illum concusserit et converberaverit, declaratus est per illud Officium incidisse in excommunicationem canonis Si quis suadente etc. et pro absolute remissus, aliis poenis ipsi per Decretum inflictis.*

**Summarium in cancellaria confectum:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f.19r-v.

## N. 471.

**Iulius Piazza**  
**Augustino Steffani**

Opaviae, 10 VI 1707.

*Pro litteris sibi missis gratias agit. Refert se Roma accepisse nuntium epum Paderbornensem ad episcopatum Monasteriensem esse designatum, quam designationem, cum discordem electionem capitularem secuta esset, sibi displicuisse scribit. Etiam rumores ex Hispania et Flandria allatos propter magnam stragem Gallorum parum felices fuisse. Sperat ducem de Marlborough bonas intentiones regis Suetiae cognovisse, sed necessarium esse putat, ut eae ad effectum perducantur. Regem Suetiae adhuc in Saxonia manere neque cito inde profecturum esse. In Polonia "Reipublicae fautores" (id est eos, qui eligendo regi natione Polono faveant) conventum suum esse celebraturos et sperare palatinum Posnaniensem Romae favorem et benevolentiam esse inventurum. Gaudet propter nova de patrueli suo, ministro principis Parmae, sibi allata.*

**Autogr.:** APF F.Spiga vol. 47 sf.

Troppaw, 10 Giugno 1707.

Colle mie risposte alle sue havrà ella riconosciuto che mi sono giunte e ne la ringrazio divotamente, e tanto più che con esse sono assicurato della continuazione della sua salute, che le auguro sempre perfetta.

Di Roma ricevei la nuova della decisione della causa di Munster *ex integro*, provisto di quella Chiesa Mons. Vescovo di Paderborna<sup>222</sup>, e me ne rallegrai per il bene di essa. Mi diede fastidio quella codetta *iuxta modum* e poi la spiegazione di esso, portatami con lettere di Monsignore mio Nunzio in Colonia. Mi ha fatto pensare se non succederà qualche opposizione dalla parte del Capitolo di Munster, benché la Germania Ecclesiastica debba essere obbligata a N.ro Signore, il quale in tal forma insegna ai Capitoli di non essere divisi con due elezzioni, poiché si cassano ambedue e si devolve la provvista alla S. Sede. Spero che tale propizia risoluzione renderà i Stati Generali favorevoli al nuovo Vicario, onde i giànsenisti non habbino sempre a far la bestia.

Ivi ancora si sono havute le nuove poco felici di Spagna, che hora si assicurano contrarie ai Gallispani nella seconda attione, e poi anche quella del

<sup>222</sup> Franciscus Arnoldus von Wolff-Metternich zur Gracht.

Marlborough in Fiandra per haver forzate le linee con gran strage delli Francesi. Dicesi di ciò giunta la nuova con staffetta all'Inviato o Ministro Olandese in Lipsia e se ne attende colle solite lettere la confermazione e più distinta notizia del fatto.

[2] Credo che Milord Marlboroug habbia havute dal Re di Svezia buone intenzioni, ma è necessario di vederle effettuate. Egli dimora ancora in Sassonia e non ne uscirà così presto, perché sento habbia ordinato che siino ancora somministrati per cinque settimane i viveri alle sue truppe e così quale sia il suo fine di fermarsi in quell'Elettorato tanto tempo e da esaminarsi. Intanto in Polonia i Republichisti faranno il loro Consiglio in somma tranquillità e maggiormente e più fortemente si uniranno, onde che cosa poi sia per succedere, si vedrà. Ed intanto N.ro Signore è combattutto a Roma a nome del Palatino di Posnania, né sa che consiglio prendere. Io però starei a vedere e questo è stato sempre il mio sentimento, ma temo che non sarà del tutto abbracciato e se il Re di Svezia s'impegna altrove, non so come riuscirà l'affare del sudetto Palatino, a cui veramente corre molta Nobiltà, ma è facile anche a cangiarsi, poiché la nazione é inconstante e così se si prende qualche impegno che [...] poi sarà?

Godo infinitamente di essere ancora nella memoria di coteste Serenissime Altezze Elettorali, a' piedi delle quali la prego pormi e consegnare l'annessa alla Serenissima Elettrice, che ringrazio del patrocinio, di cui ha honorato appresso S. Altezza Reale il Ser.mo Gran Duca il Conte Piazza, mio Cugino, Ministro di Camera del Ser.mo Principe di Parma, poiché ha ottenuto l'aumento della sua commenda nell'ultimo Capitolo Generale della religione di S.to Stefano.

[3] Credo, per non dir temo, che il mio Ministro di Camera ritornerà poiché non trova sin'hora altro servizio, benché habbia procurato anche quello del Mons. Vescovo d'Erbipoli, in patria, di dove né pure mi ha scritto, non parla che di Principi, grandezze, maneggi e Dame. Perloché molti di quei oziosi patriotti ridono, ed io ammiro la vanità.

I miei rispetti a tutta la gentilissima Casa Blankenheim, non meno ai Signori Conti Leoni e Frosini, ed ella mi creda con tutto ossequio suo vero devotissimo et obligatissimo servitore.

N. 472.

**Iulius Piazza**

**Casimiro Brzechwa, abbati Trzemesznensi Canonicorum Regalarium Lateranensium**

Opaviae, 10 VI 1707.

*Impertit ei commissionem ad dispensandum cum Ioanne Białęcki super irregularitate incursa ex causatione mortis.*

**Reg.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 19v-20r.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Rev.mo in Christo Patri Casimiro Brzechffa, Abbati Tremesnensi Canonorum Regularium Lateranensium, salutem etc. Expositum Nobis fuit pro parte Rev. Ioannis Białęcki, praefati Ordinis Canonorum Regularium Lateranensium Conventus Tremesnensis Professi et Oeconomi, Presbyteri, qualiter ipse quendam oppidanum Tremesnensem Augustinum Lewiński, propterea quod contra se Suecos concitaverit et alios milites subordinaverit, propterque insultationes sibi illatas, conviciosa verba et impropria, ductus impatientia, die festi s. Casimiri fustigari fecit ad centum plagas per varias corporis partes inflictas. Ex qua fustigatione dictus Augustinus correptus adversa valetudine fuit, qua stante Exponens per Decretum Capitulare Conventus sui Tremesnensis ad sessionem carceris per duas septimanas destinatus, quem subiit, praeter alias poenas claustrales, curatione valetudinis praefati Augustini ipsi demandata, et ut componeret amicabiliter cum Iniuriato pro sui fustigatione, eidem iniunctum. Porro Exponens, satisfaciendo mandatis Superiorum, pactus est super centum florenos cum Augustino persolvitque illi eosdem et pro curatione valetudinis ipsius ac medicamentis adhibuit peritum talem, qualem in illis partibus invenire potuit, per cuius curationem iam redierat Augustinus ad meliorem frugem sanitatis. Sed dum pro ulteriori et perfectiori recuperanda sanitatae peritus ipsum medicans eidem Augustino ad se venire demandasset, loco ad ipsum condescensionis pro ulteriori curatione, divertit ad Nobiles querelam facturum contra supplicantem, sicque in via recidivavit; infirmitateque rursus correptus un[20r]decima tandem septimana a facto fustigationis idem Augustinus mortuus est. Quare Exponens ad suos recursum fecit et humiliter supplicavit, ut secum super irregularitate, quam exinde incurrisset, dispensare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos, suis supplicationibus inclinati, eundemque in primis a quibusvis excommunicationis, suspensionis etc. absolventes et absolutum fore censentes ac certam de praemissis notitiam non habentes, Rev.mae Paternitati V.rae per praesentes committimus, quatenus constito sibi ex facti personarumque circumstantiis, quod Exponens in mortem praedicti Augustini taliter non influxerit, ut exinde dici possit homicida voluntarius, cum eodem super Irregularitate, quam ex praemissis contraxisset, iniuncta tamen ipsi pro modo culpae poenitentia debita, et dummodo Defuncto in animae suffragiis, vel prout melius de iure fuerit, in heredibus satisfecerit, autoritate Nostra, qua vigore Legationis fungimur Apostolica, dispenset omnemque Ir-

regularitatis maculam sive notam exinde proveniente[m] abstergat et aboleat ita, ut si nullum aliud canonicum ei obstet impedimentum, in Altari ministrare et Sacrificium Deo offerre, necnon quaecunq[ue] Beneficia et Officia, quantum Constitutiones sui Ordinis permiserint et quantus ad id idoneus alias reperiatur, recipere et retinere libere et licite possit et valeat. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 10 Iunii 1707.

Locus † Sigilli

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius.

N. 473.

**Iulius Piazza**  
**Hieronimo Wierzbowski, suffraganeo Posnaniensi**  
**pro Iacobo Gurowski, presbytero**

Opaviae, 10 VI 1707

*Commissio provisionis ecclesiae parochialis Międzychodzensis pro Iacobo Gurowski, presbytero, sine concursu.*

**Reg.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 20r.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Perillustri ac Rev.mo D.no Hieronimo Wierzbowski, Episcopo Fossensi, Suffraganeo et Administratori Episcopatus Posnaniensis, salutem etc. Literarum scientia, vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendatur testimonio Ill.mus ac Adm. Rev.dus Iacobus Gurowski, Canonicus Ecclesiae Collegiatae in Summo Posnaniensi<sup>223</sup>, Presbyter, Nos inducunt, ut sibi ad gratiam reddamur liberales. Cum itaque, sicut accepimus, Ecclesia Parochialis Międzychodzensis<sup>224</sup> Iurispatronatus pro nunc Capituli Cathedralis Posnaniensis post mortem et obitum Rev.di Alderson, illius Ecclesiae Międzychodzensis in bonis hereditariis Generosi Unrug existentis ultimi, et immediati possessoris, extra Romanam

<sup>223</sup> Ecclesia collegiata "In Summo" in insula "Tumensi" Posnaniae.

<sup>224</sup> Międzychód.

Curiam in mense Maio proxime praeterito defuncti, vacaverit et vacet ad praesens etc., habilis et idoneus per examen debitum reperiat, super quo conscientiam Perillustris ac Rev.mae Dominationis V.rae oneramus etc. Datum Opaviae in Silesia, die 10 Iunii 1707.

Locus † Sigilli

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius.

**N. 474.**

**Iulius Piazza**  
**Matthiae Rychlicki, capellano militari**

Opaviae, 11 VI 1707.

*Concedit ei facultatem excipiendi confessiones militum.*

**Reg.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 20r.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Rev.do D.no Matthiae Rychlicki, Capellano Militari vexilli Excellentissimi D.ni Ducis Czartoriensis, Vexilliferi Regni, salutem etc. Tibi, de cuius pietate, morum integritate et Catholicae Religionis zelo plurimum in D.no confidimus, ut durante Officio tuo Capellani apud praedictum Vexillum etc. tam dicti vexilli militum, quam aliorum Christi Fidelium ad Te recurrentium, excipiendi Confessiones, dummodo tamen ad id ab Ordinario Tuo fueris approbatus, licentiam et facultatem concedimus atque impartimur. Non obstantibus etc. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 11 Iunii 1707.

Locus † Sigilli

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius.

**N. 475.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 11 VI 1707.

*Pro litteris 23 V datis (N. 419-426) gratias agit et accurata ad eas responsa adiungit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 229r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 31r.

**N. 476.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 11 VI 1707.

*Mittit accuratam rationem summarum ad sustentationem epi Varmien-  
sis Anconae expensarum.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 234r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 31r.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

L'annesso foglio contiene la copia del conto, che delle spese fattesi per la condotta di Mons. Vescovo di Varmia<sup>225</sup> in Ancona fu qui esibito dal Padre Aprosio, ch'ebbe l'incumbenza della condotta medesima e non potrà il Prelato chiamarsene gravato, se vorrà, come deve, riflettere che in esse vanno computate, com'è di giustizia, non solamente quelle occorse per Lui e per tre suoi domestici, ma quelle pure fattesi per le guardie e per tutte le persone del suo seguito<sup>226</sup>. Et il P. Aprosio è religioso di tal probità e di tal giudizio, che non può in alcun modo dubitarsi ch'egli o le habbia alterate d'un baiocco, o non le habbia fatte con ogni possibil risparmio. Insista dunque V.ra Signo-

<sup>225</sup> Andreas Chrysostomus Załuski.

<sup>226</sup> Cfr. AV, Nunz.Pol. 132 f. 235r: "Nota delle spese fatte dall'E.mmo Sig. Card. Oratio Spada, già Nunzio in Polonia, per la causa di Mons. Vescovo di Varmia e del denaro pagato in Roma per il ritorno in Polonia del P. D. Nicolo Gaetano Aprosio Teatino".

ria Ill.ma col fondamento di ragioni sì evidenti per l'effettivo e pronto rimborso, mentre io resto augurandole dal cielo copiose felicità. Roma. XI Giugno 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo etc.  
(a-F[abrizio] Card. Paulucci-a)

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

**N. 477.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 11 VI 1707.

*Memorans petitionem epi Cuiaviensis de Adalberto Bardziński ad dignitatem suffraganei Varmiensis nominando, concedit nuntio facultatem consuetum processum informativum eiusdem epi suffraganei formandi.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 231r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 31v.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Giacché Mons. Vescovo di Cuiavia<sup>227</sup>, non potendo assistere personalmente alla sua Chiesa, desidera di provvedere a' bisogni di essa colla deputazione d'un Suffraganeo et ha a tal'effetto nominato il Sig. Adalberto Bardziński, Primicerio della sua Cattedrale, potrà V.ra Signoria Ill.ma formarne il solito processo. Ed io intanto etc. Roma, XI Giugno 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo etc.  
(a-F[abritio] Card. Paulucci-a)

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

---

<sup>227</sup> Constantinus Szaniawski.

## N. 478.

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 11 VI 1707.

*Cum in negotio liberandi aepi Leopoliensis signa quaedam mutati in melius animi "caesaris" Moscorum perspici possint, mandat ei, ut in eodem negotio promovendo nomine summi pontificis instare pergat.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 233r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 31v.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Si sono havuti anche qui buoni riscontri della disposizione del Czar a concedere a N.ro Signore la persona di Mons. Arcivescovo di Leopoli<sup>228</sup>, onde potrà V.ra Signoria Ill.ma avanzarsi, senz'alcuna sospensione d'animo, a farne a nome di Sua Santità l'istanza. E intanto *etc.* Roma, XI Giugno 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*

(a-F]abrizio] card. Paulucci-a)

a-a) *Autographum.*

## N. 479.

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 11 VI 1707.

*Scribit summo pontifici placuisse responsa eius epo Varmiensi data in longa episcopi oratione in favorem palatini Posnaniensis facta. Si enim regis Augusti reditus in Poloniam sit vanus et nova regis electio ruinam Reipublicae praeseferat, ergo palatinum Posnaniensem promovendum esse affirmat atque asseverandum tractatum dicti palatini cum rege Suetiae et electore*

---

<sup>228</sup> Constantinus Zieliński.

*Brandenburgensi, religioni catholicae et Regno Poloniae summopere damnosum, esse falsum et nunquam conclusum.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 230r-v.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 31v - 33r.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Si è N.ro Signore grandemente compiaciuto delle risposte date da V.ra Signoria Ill.ma a Mons. Vescovo di Varmia<sup>229</sup> nel lungo discorso da lui tenu-  
tote a favore del Palatino di Posnania, havendole trovate molto savie e giu-  
diziose e aderenti in tutte le parti ai sentimenti di Sua Beatitudine, la quale  
però s'è degnata di retribuirne alla prudenza di V.ra Signoria Ill.ma benigne  
lodi. Nel resto (come più volte le ho scritto) il pensare al ritorno del Re  
Augusto in Polonia è vanità, e l'elezione d'un nuovo sarebbe onninamente  
roinosa alla Republica. Onde quelli che hanno zelo per il bene di essa do-  
vrebbero una volta restarne persuasi, e crederà che il partito più sano sia  
per esser quello di promuovere nelle forme convenevoli il Palatino di Posna-  
nia, riflettendo che il lasciar ridurre le cose all'estremità renderebbe la me-  
diazione di Sua Santità poco profittevole e inefficace. Quando pertanto resti  
assicurata l'insussistenza del trattato, [230v] che si suppone fatto da esso  
Palatino col Re di Svezia e coll'Elettore di Brandemburgo in pregiudizio del-  
la Religione e del Regno, potrà V.ra Signoria Ill.ma insistere colla circospe-  
zione avvisatale colle passate nelle insinuazioni, che in questo proposito le  
sono state replicatamente ordinate. E senza più *etc.* Roma, XI Giugno 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Attettuosissimo *etc.*

(<sup>a</sup>-F[abrizio] Card. Paulucci-<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 480.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 11 VI 1707.

---

<sup>229</sup> Andreas Chrysostomus Zahuski.

*Certiozem eum facit, quid summus pontifex statuerit de conferendis in commendam quattuor abbatibus in Regno Poloniae vacantibus. Fusius scribit de casu abbatiæ Coprivnicensis (Koprzywnica) Ordinis Cisterciensis, ubi circa electionem abbatis controversias ortas esse explicat et propterea specialem processum esse peragendum.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 232r-v.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 32r-v.

Il.mo e Rev.mo Signore.

La vacanza di quattro Badie nel Regno di Polonia ha indotto N.ro Signore ad intimare una particolare congregazione per provvederlo ed havendo destinata la Sieciekoviense<sup>230</sup> a Mons. Vescovo di Luceoria<sup>231</sup> e la prepositura Miekoviense<sup>232</sup> a Mons. Wolf<sup>233</sup>, Coadiutore di Livonia, ambedue in commendam, ha stimato di far continuare in titolo la Coprivnicense<sup>234</sup> dell'Ordine Cisterciense di Cracovia; come vacanze per morte dell'ultimo Abbate regente, sin dal principio che questa vacò e Monaci elessero il P. Martino Kouski loro Priore Claustrale. Per havere informazione di lui fu scritto più volte a cotesta Nunziatura, ma le informazioni furono varie e l'ultima, che giunse dall'Auditore del Signor Cardinale S. Onofrio sotto li 19 Novembre passato, fu così contraria al P. Kousky che, invece di meritare la Badia, sarebbe stato reo di rigoroso gastigo. Ciò pervenuto all'orecchio di quei Religiosi e dello stesso eletto, sono ricorsi a Sua Santità a fine che dia ordine che si formi un rigoroso processo per ritrovar la verità e confonder la calunnia, come essi dicono. Ma perché V.ra Signoria Ill.ma non solo è lontana dal medesimo Monastero, ma anche fuori del Regno e dovrà per ciò commettere [232v] ad altri il processo medesimo, i Monaci, sebben non ricusino qualunque giudice che sia da Lei delegato, nondimeno desiderarebbero che fosse uno non sospetto a loro e fra gl'altri proponevano il P. Christino Mirecki, Abbate di S. Croce in Monte Calvo, ch'essendo dell'Ordine Benedettino si lusingano non poter essere sospetto a V.ra Signoria Ill.ma. Stante ciò, si è qui considerato di rimettere tutto all'arbitrio di V.ra Signoria Ill.ma con facultà di poter sostituire per formare il processo chi ella giudicherà essere più opportuno e di minore spesa a quei Religiosi, acciòché portandosi sul luogo possa formarlo sopra la vita e costumi del l'eletto. Essendo però il Monastero vacante da molto tempo, è necessario di usare diligenza, acciòché quanto più presto si

<sup>230</sup> Sieciechów.

<sup>231</sup> Alexander Wyhowski.

<sup>232</sup> Miechów.

<sup>233</sup> Theodorus Wolff von Lüdinghausen.

<sup>234</sup> Koprzywnica,

possa giunga qui il processo. Et a V.ra Signoria Ill.ma auguro *etc.* Roma, 11 Giugno 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*

(<sup>a</sup>-F[abrizio] card. Paulucci-<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 481.**

**Iulius Piazza**  
**Ioanni Szembek, vicecancellario Regni**

Opaviae, 11 VI 1707.

*Nuntiat se - ut Rem Publicam a maiore ruina salvam faciat - pro confir-  
manda electione palatini Posnaniensis partes suas esse interpositurum. Va-  
num et inutile esse putat regi Augusto favere pergere, se iam ferre non posse  
affirmat, ut palatinus Posnaniensis ex rege Suetiae pendeat eique subiectus  
sit.*

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f..279r-v.

**N. 482.**

**Iulius Piazza**  
**Casimiro Dobrakowski, canonico**  
**Constantino Moszyński, OSPE**  
**Ioanni Zakrzowski et Alberto Rupiński**

Opaviae, 11 VI 1707.

*Commissio ad visitandum monasterium Kłobucense Canoniorum Regu-  
larium Lateranensium.*

**Reg.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 20v-21r.

Iulius Piazza etc. Dilectis Nobis in Christo Illustribus ac Admodum Rev. dis D. nis Casimiro Dobrakowski, Canonico et Officiali Pilecensi<sup>235</sup>, Constantino Moszyński, Provinciali Ordinis S. Pauli Primi Eremitae, Ioanni Vladislao Zakrzowski, Mstoviensi, Alberto Rupiński, Krzepicensi et ... Kłodaviensi, Praepositis Canonorum Regularium Lateranensium, salutem in Domino sempiternam.

Cum ex facultatibus, a SS. mo D. no N. ro D. no Clemente, Divina providentia Papa eius nominis XI, concessis, Nobis competat Legatione N. ra durante et intra illius fines per Nos ipsos seu alios viros probos et idoneos Monasteria, Prioratus, Praeposituras quorumcunque Ordinum, etiam Mendicantium, etiam, exempta et Sedi Apostolicae immediate subiecta et quocunque alio privilegio suffulta, eorumque Capitula, Conventus et Personas, etiam, ut praefertur, exemptas et subiectas, quoties Nobis videbitur, visitare, corrigere, emendare, inquirere et deviantes ad Instituti viam reducere, aliaque facere necessaria et opportuna ad disciplinam ecclesiasticam restaurandam, hinc est, quod dictis facultatibus inhaerentes, cum personaliter ad Monasterium Klobucense Canonorum Regularium Lateranensium et loca ei adnexa gravioribus negotiis impediti et ob loci distantiam accedere non possimus, Illustribus ac Admodum RR. DD. V. ris, seu duobus ex eis, de quorum prudentia, zelo et discretione plurimum in Domino confidimus, per praesentes committimus, quatenus prima data opportunitate se conferant ad Monasterium praedictum Klobucense et omnia loca ab eo dependentia, illudque et illa ac omnia annexa et adiacentia, tam quoad locum, quam quoad Personas, tam in capite quam in membris, iuxta Sacros Canones et Decreta Concilii Tridentini Autoritate Nostra, imo verius Apostolica, visitent, in illorum statum, formam, regulas et instituta, regimen et consuetudines, vitam, mores, ritus, disciplinam, tam coniunctim, quam divisim, ac tam in capite, quam in membris, diligenter inquirent, nec non Evangelicae et Apostolicae doctrinae ac Sacrorum Canonum et Conciliorum Generalium Decretis atque SS. Patrum Traditionibus et Institutis inhaerendo, et prout occasio rerumque qualitas exegerit, quaecunque mutatione, correctione, emendatione, revocatione, renovatione et etiam ex integro editione indigere cognoverint, reforment, mutant, corrigant, abusus quoscunque tollant, Regulas, Constitutiones, Observationes et Ecclesiasticam Disciplinam, ubicunque illa exciderit, modis congruis restituant, reintegrent, praefati Concilii Tridentini Decreta, si nondum introducta sunt, proponant et introducant ac custodiri praecipiant, ipsasque Personas male viventes seu relaxatas atque ab illarum Institutis deviantes, seu alias quomodolibet delinquentes, diligenter inquirent, corrigant, emendent, coerceant et puniant, ac ad debitum et honestum vitae modum revocent, Decretaque sua debitae executioni demandari faciant, prout iustitia suaserit et ordo dictaverit rationis. Insuper bona Monasterii praedicti Klobucensis visitent, illorum qualitates referant,

<sup>235</sup> Agitur de officialatu Pilecensi in dioecesi Cracoviensi.

rationes ab Administratoribus mensae monasterialis exigant, aliaque omnia faciant, quae Nos ipsi, si personaliter praesentes essemus, possemus facere, Patrem Praepositum Monasterii praedicti Klobucensis et alios Religiosos illius loci, si et in quantum huiusmodi visitationi se opponere vellent, modis congruis, invocato etiam brachio saeculari, quatenus necesse fuerit, coerendo et pro tanto temerario ausu puniendo.

Communicantes ad hos effectus Nostras omnes, tam Generales quam Particulares, quibus fungimur Facultates, non obstantibus quibuscunque statutis et consuetudinibus eiusdem Monasterii aut Ordinis, etiam iuramento firmatis, ac quibusvis Privilegiis et Indultis Apostolicis Generalibus vel Specialibus, superioribus et personis, sub quibuscunque tenoribus et formis, ac quibusvis etiam clausulis et decretis, per quoscunque ac quotiescunque concessis, confirmatis, innovatis, quibus tam coniunctim, quam divisim derogamus et dero[21r]gatum volumus per praesentes pro hac vice. Volumus autem, quod *etc.* DD. V.rae de omnibus per se gestis et factis in dicta visitatione plenariam relationem Nobis faciant, ut deinde ea approbare, seu respective, prout Nobis visum fuerit, reformare valeamus. In quorum fidem *etc.* Datum Opaviae in Silesia, die 11 Iunii 1707.

Locus † Sigilli

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius.

N. 483.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 13 VI 1707.

*Pro litteris 21 V datis (N. 416-418) gratias agit et de singulis negotiis accuratius refert.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 437r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 75r-v.

## N. 484.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 13 VI 1707.

*Propter gravissimam et letalem aegritudinem epi Posnaniensis nomine suffraganei illius dioecesis scire cupit, quales sint futurae - post mortem ordinarii - futuri administratoris facultates.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 438r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 78r.

Eminentissimo etc.

Havendo saputo il Suffraganeo di Posnania<sup>236</sup> che Mons. Vescovo<sup>237</sup> si trovasse costì gravemente infermo e senza speranza di sopravvivere, mi ha fatto istanza, se in caso della di lui morte debba proseguire nella Commissione havuta dell'Amministratore, tanto spirituale che temporale, di quel Vescovado. E benché io creda che colla morte di Esso termini, mentre li fu concessa a cagione dell'assenza e reato del Prelato, tuttavia non ho voluto risponderli positivamente senza gl'ordini dell'Eminenza V.ra, alla quale faccio etc. Troppaw, 13 Giugno 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo etc.

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 485.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 13 VI 1707.

*Refert de colloquiis suis cum quibusdam Regni Poloniae proceribus, factionis palatini Posnaniensis capitibus, qui ad visendum eum Opaviam vene-*

<sup>236</sup> Hieronymus Wierzbowski.

<sup>237</sup> Nicolaus Święcicki.

*runt ibique quinque dierum spatio commorati sunt. Scribit sibi visum esse eos regi Suetiae maxime fidere. Affirmat etiam copias Sueticas numero quidem Moscoviticis pares esse, sed valore militari et disciplina eas longe superare. Subiungit eosdem proceres de primatu Regni, epo Cuiaviensi et vicecancellario questos esse, quod consensum cum illis non quaerent.*

**Or.:** AV, Nunz. Pol. 132 f. 439r-443v.

**Min.:** AV, Nunz. Pol. 132A f. 75v-77v.

Eminentissimo *etc.*

La dimora fatta qui di cinque giorni del Palatino di Russia<sup>238</sup> col Conte Tarlo<sup>239</sup> ed il Starosta di Cracovia<sup>240</sup>, havendomi dato occasione di vederli più volte, ho potuto anche con i primi, che sono nel ministero del Palatino di Posnania, discorrere a lungo.

Sono restati i medemi infinitamente sodisfatti dei replicati ordini Pontificii, che ho loro comunicati, ed il primo non ha mancato di spedire un Espresso al Palatino sudetto con una sì gradita notizia, che havevo antecedentemente partecipata a Mons. Vescovo di Varmia<sup>241</sup>, onde la facesse giungere in Sassonia, conforme mi ha ris[439v]posto di havere adempito, e l'altro mi ha detto che ne sarà reso consapevole altresì il Re di Svezia, come ne l'ho pregato. Ho riconosciuto in Essi una somma confidenza in questo Re per i vantaggi del loro Principale e mi hanno assicurato non havere il sudetto Re altra mira che la Polonia, benché la di lui lunga dimora in Sassonia faccia credere a molti essere le di lui mire dirette altrove ed haverne lui, Palatino di Russia, tali sicurezze che non è permesso di dubitarne, e che perciò posso io su la di lui asserzione avanzare ciò senza tema di vedere il contrario. Anzi che passò a [440r] dirmi che le truppe Suedesi uguagliaranno in numero le Moscovite, come già le superano in valore, perloché sicuri della vittoria. Si è egli in ogni discorso lamentato che Mons. Primate<sup>242</sup> ed il Vicecancelliere<sup>243</sup> con Mons. Vescovo di Cuiavia<sup>244</sup> habbino ritenuto in Polonia colle loro premurose istanze i Moscoviti, i quali storditi alla nuova della Pace di Sassonia partivano già verso il loro Paese, e che perciò rei delle presenti divisioni e delle future nuove calamità, non meritavano alcuna considerazione, oltre la giusta avversione verso di loro del Re di Svezia, [440v] di cui mi disse

<sup>238</sup> Ioannes Stanislaus Jablonowski.

<sup>239</sup> Stanislaus Tarlo.

<sup>240</sup> Franciscus Wielopolski.

<sup>241</sup> Andreas Chrysostomus Załuski.

<sup>242</sup> Stanislaus Szembek.

<sup>243</sup> Ioannes Szembek.

<sup>244</sup> Constantinus Szaniawski.

haver essi parlato con poco rispetto, dovendosi pure a questo Principe qualche deferenza, conforme si spiegò, giaché Egli manifestava tanto affetto per il suo Principale ed una somma premura di stabilirlo sul Trono a costo del suo sangue e delle sue genti. Ma non si accorda a quello, che anche mi ha scritto nuovamente il Vicecancelliere intorno ai Moscoviti, quanto asseverantemente mi disse il nominato Palatino di Russia, poiché l'altro costantemente asserisce, che se esso con quei che abbracciarono il Partito, non avesse preso il nome della Repubblica [441r] ed a nome di questa non si fossero conchiusi i noti trattati col Czar e dateli delle sicurezze della loro unione con esso, havrebbero esposto tutto il Regno alle maggiori calamità, che sperimenterebbe anche presentemente, se si staccasse con i suoi da lui, oltre la nota che incorrebbe di perfidia in una tale diserzione, considerando altresì che non perciò uscirebbero dal Regno le truppe straniere e che insieme la Religione ne soffrirebbe colla libertà. Poiché il Re di Svezia sotto pretesto di mantenere il Palatino riterrebbe le sue truppe nel Regno e collocandole nelle Fortezze [441v] frontiere di esso, se ne renderebbe assoluto Signore. E perciò il Vicecancelliere propone che quando il Partito contrario volesse la Pace nella Polonia, non dovrebbe hesitare non solo di dar la mano alle quattro proposizioni di Pace, che egli ancora ha inserite nella sua lettera, comunicate all'Eminenza V.ra col mio dispaccio delli 23 del passato<sup>245</sup>, ma di riceverle con tale sincerità, onde non avesse a dubitarsi della loro buona fede, della quale non ha egli col suo Partito alcuna retta opinione, supponendo che solo procuri di screditarlo costà, onde nulla possa sperare dal Paterno Amore di Sua Beatitudine. E tutto ciò viene in replica ad [442r] una mia che scrissi al menzionato Vicecancelliere, colla quale li inculcavo l'atto convalidatorio e procuravo persuaderlo che forse il Partito Contrario non havrebbe sprezzata la Pace, quando li fosse presentata con ragionevoli condizioni. E da ciò m'avvedo che niun'effetto produranno le lettere scritte d'ordine dell'Eminenza V.ra per l'unione di esso e degl'altri col Palatino e che replicati il decorso sabbato al Vicecancelliere, contro di cui e del Vescovo di Cuiavia forse è maggiore l'anomosità che contro ogni altro di quel Partito, benché mi habbia voluto assicurare il più volte nominato Palatino di Russia che il medemo consista solo nella [442v] Famiglia dei Szembek, Vescovo di Cuiavia, ed Oghinski<sup>246</sup>, poiché gl'altri i quali si sono trovati al Consiglio di Leopoli e che presentemente assisteranno a quello di Lublino, sono favorevoli al Palatino di Posnania, colla permissione del quale, poiché hanno già con Esso fatto l'accommodamento, vi si trovano, e me ne nominò i Principali.

Anzi soggiunse che lo stesso Gran Generale<sup>247</sup> sollecita il proprio aggiustamento e che perciò doveva abboccarsi colla di Lui moglie<sup>248</sup> nei confini di

<sup>245</sup> Cfr. N. 420.

<sup>246</sup> Scil. Gregorius Ogiński, supremus exercituum Lithuaniae capitaneus.

<sup>247</sup> Adamus Sieniawski.

<sup>248</sup> Elisabetha Sieniawska.

Polonia, verso dove partì il decorso Venerdì, e forse anche da essa havrebbe proposizioni di pace a nome del Czar. D'onde Egli [443r] conchiuse che tutta la Polonia aderirebbe al suo Principale, sei Signori Szembek non fossero gl'Autori delle presenti divisioni, ma che tuttavia ciò seguirà subito che il Re di Suezia passerà in Polonia. Perloché sarebbe desiderabile che N.ro Signore si spiegasse apertamente e col fatto istesso a di lui favore, affinché tanto più presto si potesse sperare la bramata unione e vederla validamente stabilita col nome Pontificio, per cui ha la sua nazione una somma venerazione, poiché in tal forma destituito il Partito di essi dell'appoggio di Sua Beatitudine, del quale sempre si è ripromesso e mantenutosi sin'hora, perché l'altro, non riconosciuto, non habbia alcun specioso pretesto [443v] di non rendersi al proprio dovere, di cui disse non haversi a defraudare il Palatino di Posnania, che ha qualità di possedere il grado a cui è stato elevato, e per il sommo zelo che nudre per la N.ra Santa Religione et un distinto filiale rispetto verso la Santità Sua, la quale colla Recognizione bramata renderà più mite, e Dio voglia succeda così, il Re di Suezia di molto amareggiato per vedere quella tanto differirsi. E faccio *etc.* Troppaw, 13 Giugno 1707.

Di V.ra Eminenza

<sup>(a)</sup>-Umilissimo *etc.*

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a)</sup>

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

N. 486.

**"Avviso"**  
**a Iulio Piazza**  
**ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 13 VI 1707.

*Rex Suetiae commorationem suam in Saxonia continuat cum toto exercitu, numero, optimis indumentis et armis praedito. Ignota manent consilia ipsorum ex Saxonia discessus. Dicitur orator regis Suetiae in aula imperiali, inde reversus, nulla interposita mora illuc denuo proficisci debere, non constat tamen quibus mandatis instructus. Saxonum copiae, per Flandriam in Bataviam transiturae, Torgaviam profectae sunt, ubi regem Augustum convenire debent. Baro Franciscus Tiepold, per plures annos orator imperatoris Cracoviae, in Poloniam revertit, sed mandata eius ignorantur.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 445r-446r. (annexum fasciculo epistularum N. 483-485).

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 156r-157r.

Troppaw, 13 Giugno 1707.

Continua il Re di Svezia la sua dimora in Sassonia coll'Armata, che scrivono di colà essere composta di bellissime truppe e numerose, ben vestite e montate, ed alle quali nulla manca per fare qualsivoglia impresa. Alle medeme ed ai loro Officiali è stato pagato quanto li era dovuto, e sono in stato di marchiare ad ogni cenno, ma non ostante ciò non v'è apparenza alcuna, che sia per uscire <sup>(a-di Sassonia<sup>a</sup>)</sup> tutto che non manchino i Ministri dei Principi stranieri di premere quel Re a sortirne, come anche incessanti sono le rimostranze che a tal fine li vengono fatte dalla parte del Re Augusto, ma a tutti non dà che buone speranze.

Dicesi che l'Inviato del Re di Svezia alla Corte Impe[445v]riale, di dove partì all'improvviso e senza prendere congedo, debba ritornare colà quanto prima, ma non si sa con quali commissioni, benché la poco buona intelligenza che passa colla sudetta Corte, faccia dubitare che siino per essere di conseguenza, e tanto più che il Re di Svezia si dichiara ogni giorno mal sodisfatto del ritorno dei Moscoviti, che erano al Reno, in Polonia, dicendo d'essere sopra ciò stato burlato dalla Corte Cesarea.

Le truppe Sassone, che devono passare in Fiandra al servizio dei stati di Olanda, sono marchiate a Torgaw<sup>249</sup> destinato per il Rendevos delle medeme e dove si porterà, per farne la rivista, il Re Augusto sorpreso ultimamente a pranzo dal Re di Svezia, il quale ha visitata la sua Armata [446r] e fatti fare gl'essercizii in sua presenza a ciascun Reggimento di essa in particolare.

Il Barone Tiepold, stato in Cracovia per molti anni Residente Cesareo, e di dove partì dopo seguita la recognizione del Palatino di Posnania, è ritornato in Polonia, senza però sapersi quali siino le sue commissioni.

N. 487.

**"Avviso"**  
**a Iulio Piazza**  
**ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 13 VI 1707.

<sup>249</sup> Torgau, oppidum in Saxonia.

*Copiae Moscoviticae, quae ex Imperio venerunt, non procul a Cracovia substiterunt, nullis tamen a "caesare" suo acceptis mandatis, quo se conferre debeant; pars earum Opaviam se contulerunt, ut comitarentur et custodirent sarcinas principis Darmstadiensis. Cracoviae rumor sparsus est ex Conventu Lublinensi aliquot legatos esse missos ad "caesarem" Moscorum, qui ab illo peterent, ut locis illis discederet et ita plenam libertatem incolis relinqueret. Respondisse idem dicitur se novam regis electionem exspectare et candidatos proponere principem Alexandrum Sobieski, principem Alexandrum Menšikov et comitem Stanislaum Denhoff, marescalcum Confoederationis Sandomiriensis. Sed cum idem Denhoff Lublini non comparuisset, orta est suspicio eum ad factionem palatini Posnaniensis transisse. Milites Moscovitici, praesertim Calmuci, turbas concitare et multa damna inferre dicuntur, locis quoque sacris non parcentes. Varsavia allatum est tres equites Moscorum Vistulam transcendisse et duo milia militum eiusdem nationis versus locum Otwock dictum, trans Vistulam situm, ubi generalis ipsorum Lublinum profecturus commorari dicitur, properare. Ex Lithuania scribitur apud illam nobilitatem summam propensionem erga palatinum Posnaniensem observari posse. Ex Saxonia vero affertur copias Sueticas adhuc quattuor septimanas ibi remansuras esse.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 444r-v.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 199r-v.

Troppaw, 13 Giugno 1707.

Si fermano tuttavia le truppe Moscovite giunte dall'Imperio nei contorni di Cracovia per non esser loro pervenuti gl'ordini del Czar verso dove debbino marchiare. E da quella Città doveva essere spedita una buona partita di cavalleria della stessa nazione verso questa città di Troppaw, a fine di scortare il bagaglio del Prencipe Darmstadt<sup>250</sup>, partitone il Martedì della decorsa settimana.

Si è sparsa voce in Cracovia che havendo il Congresso di Lublino inviati alcuni Deputati al Czar, onde Egli colla sua Armata si allontanasse da quelle vicinanze, a fine che da esso si goda piena libertà, habbia quello risposto che voleva fermarsi, dove si ritrovava o che il medemo proseguisse le sue sessioni, dichiarando inoltre che intendeva venisse ad una nuova Elezione, per la quale proponeva il Prencipe Alessandro Sobieski, il Prencipe Menzikow ed il Conte Denoff, Maresciallo della Confederazione di Sandomiria. E però, verificandosi tali particolarità, si attende con impatienza quali saranno state le risoluzioni del menzionato Consiglio sopra simili pro-

<sup>250</sup> Cfr. notam 205, p. 159.

posizioni. Nello stesso tempo, però, si parla che il menzionato Conte Denoff, non essendo comparso in Lublino alla terza sessione del predetto Congresso, faceva sospettare [444v] che avesse lasciato il Partito dei Repubblicisti per abbracciare quello del Palatino di Posnania.

Si ode che le Partite Moscovite non cessino di commettere dei disordini nel Regno, ma più di tutti quelle dei Kalmucchi, i quali non risparmiano alcun luogo sacro che non sia da essi barbaramente saccheggiato.

Avvisano di Varsavia che 3 cavalli Moscoviti avevano passata la Vistola e che se ne erano veduti 2 mila della stessa nazione, marchiando di là dal detto fiume alla volta di Okwoska<sup>251</sup>, dove si trova il Generale Rhen che dicesi debba andare a Lublino.

Scrivono di Lituania osservarsi in quella Nobiltà una somma inclinazione verso il Palatino di Posnania, per il quale si parla che si dichiareranno a suo tempo.

Le lettere di Sassonia non recano alcuna notizia che i Suedesi fossero per partire di colà, ma anzi pareva fissata ivi la loro dimora ancora per quattro settimane, mentre si è pubblicato che era stato dato ordine dal Re di Svezia a quegli'abitanti di somministrare i viveri alle sue truppe per tutto quel tempo.

#### N. 488.

**Iulius Piazza**

**Hieronymo Wierzbowski, suffraganeo Posnaniensi  
pro Matthia Lewkowicz, parocho Konarzewiensi**

Opaviae, 13 VI 1707.

*Provisio ad poenitentiarium in ecclesia cathedrali Posnaniensi.*

**Reg.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 21r.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo etc. Hieronymo Wierzbowski, Suffraganeo et Administratori Posnaniensi, salutem etc. Literarum scientia, vitae ac morum honestas aliaque laudabilia probitatis et virtutum merita, super quibus apud Nos fide digno commendatur testimonio Rev.dus D.nus Matthias Lewkowicz, Parochus Konarzewiensis, Presbyter, Nos inducunt, ut sibi ad gratiam reddamur liberales. Cum itaque, sicut accepimus, Poeni-

---

<sup>251</sup> Otwock.

tentiaria in Ecclesia Cathedrali Posnaniensi post mortem et obitum Admodum Rev.di Luberski Martini, illius Poenitentiarie ultimi et immediati Possessoris, extra Romanam Curiam in mense Ianuario anni praesentis defuncti, vacaverit et vacet ad praesens, nullusque de illa praeter Sanctissimum etc. Datum Opaviae in Silesia, die 13 Iunii 1707 etc.

**N. 489.**

**Iulius Piazza**  
**Alexandro Praszak, notario Lemburgensi**

Opaviae, 13 VI 1707

*Impertit ei licentiam oratorium privatum instaurandi.*

**Summarium in cancellaria confectum:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 21r.

**N. 490.**

**Iulius Piazza**  
**Augustino Steffani**

Opaviae, 17 VI 1707.

*Pro novissimis litteris ab eo acceptis gratias agit. Scribit ex novis ex Saxoniam allatis conici posse regem Suetiae profectionem suam in Poloniam cum toto exercitu suo apparare. Sermones fieri de pactionibus pacis inter regem Suetiae et "caesarem" Moscorum incipiendis, se tamen non credere Suetorum regem, bene armato et instructo exercitu non carentem, pacis condiciones esse accepturum. Praeterea scribit praesentem Conventum Lublinensem prosperum exitum non esse habiturum, praesertim cum "caesar" Moscorum cum exercitu suo tam prope castra metatus sit. Nuntiat abbatem Vanni Praga discessisse, in regionem illam iter facientem. Significat etiam se multa benevolentiae signa ex parte fautorum palatini Posnaniensis accipere. Nuntiat copias Germanicas in Statu Ecclesiastico multa vestigia commorationis suae reliquisse, neque patriam suam ab earum vastationibus immunem fuisse, sed sperat res suas familiares (quas fere nullas esse subiungit) ab eis non multum passas esse.*

Troppaw, 17 Giugno 1707.

Sono coll'umanissima sua delli 29<sup>252</sup> del passato e le ne rendo grazie riverenti. Dalle mie havrà ella riconosciuto che mi eran giunte doppo il suo ritorno costì quelle delle quali mi ha favorito e ne sono intieramente consolato, ma lo sarò di vantaggio quando sarò honorato con i suoi stimatissimi commandi.

Godo che le mie nuove si accordino con quelle che le vengono dalle altre parti intorno alla Corte di Svezia, che si trova ancora in Sassonia e di dove non si ha contezza alcuna che sia per partirne così presto, e perciò si fanno diversi discorsi. Tuttavia vengo assicurato che il Re di Svezia passerà assolutamente in Polonia con tutta la sua Armata. Ma intanto si vanno facendo dei negoziati per la pace tra esso e il Czar, che dicesi offra bellissime condizioni. Nulladimeno non credo che il primo vorrà accettarle, perché la fortuna è<sup>253</sup> con lui e con questa assodata per hora con una bella e numerosa Armata, ben vestita, montata e disciplinata ed in stato d'intraprendere tutto. In questo mentre va continuando il Consiglio di Lublino, benché non vi sia gran concorso, il che non dà buon indizio per vederne un buon fine, oltre che il Czar non è molto lontano di colà colla sua Armata, la quale potrà fare contare i concorrenti in esso secondo la propria volontà.

[2] Sarà partito a quest'hora di Praga verso cotesta volta l'Abbate Vanni, il quale sarà a riverirla sperando infinitamente nelle sue grazie, alle quali di nuovo lo raccomando, essendo Canonico di Spoleto e d'Intendimento.

Che cosa sarà di me non lo so, perché facendo il mio dovere non sono per alcuno de' due partiti. Da quello del Palatino di Posnania ricevo mille favori ed io vi corrispondo, ma senza impegno, aspettando che il mio Padrone, fortemente combattuto, si dichiari nella maniera che troverà convenire.

Gl'Alemanni nello Stato Ecclesiastico vanno lasciando delle memorie del loro passaggio, e credo che la mia Patria non ne sia stata esente. Tanto peggio, ma grazie a Dio che di là non tiro cosa alcuna per temere che la mia Economia diminuisca.

Tra di noi è per ridere: il Folfi ha scritto al Canonico Elba che vuole ritornare a Colonia a Settembre o Ottobre, teme che il pelo del Kronaus lo tiri, tanto peggio per lui e meglio per me, cerca in ogni luogo, ma particolarmente in Germania una nicchia per posarvisi, ma non la trova. Al V. Gran Cavallerizzo i miei rispetti, che rinnovo a Lei ben distinti col titolo di suo vero devotissimo et obligatissimo servitore.

---

<sup>252</sup> Error pro: 27, cfr. N. 434.

<sup>253</sup> Cfr. N. 434.

## N. 491.

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 18 VI 1707.

*Pro litteris 30 V datis (cfr. N. 438-443) gratias agit et in annexis scriptis accurata ad eas responsa mittit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 243r.

**Reg.:** AV, Nunz.Po. 220 f. 33r-v.

## N. 492.

**Card. Fabricius Paulucci**  
**Iulio Piazza**

Romae, 18 VI 1707.

*Scribit summum pontificem gavisum esse, cum comperisset supremum Regni Poloniae exercituum capitaneum tandem intellexisse postulationem suam, ut pars proventuum episcopatus Cracoviensis ad arbitrium suum ad necessitates praesidii arcis Cracoviensis converteretur, incongruam fuisse et iniustam.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 244r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 33v.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

Ha goduto N.ro Signore d'intendere che il Gran Generale della Corona<sup>254</sup>, convinto dalle rimostranze fattegli da V.ra Signoria Ill.ma, dall'Arcivescovo di Gnesna<sup>255</sup>, dal Vescovo di Cuiavia<sup>256</sup>, e particolarmente dal Vescovo di Chelma<sup>257</sup>, habbia conosciuta l'improprietà della pretensione, che haveva, di valersi di parte dell'entrate del Vescovato di Cracovia per supplire al mantenimento del presidio di quel Castello, ed ha perciò retribuite la Santità Sua benigne lodi al zelo mostrato in questo proposito da Lei e da su-

---

<sup>254</sup> Adamus Sieniawski.

<sup>255</sup> Stanislaus Szembek.

<sup>256</sup> Constantinus Szaniawski.

<sup>257</sup> Casimirus Łubieński.

detti Prelati, con fiducia che sieno per continuare, quando il bisogno lo richiedesse, nell'opposizione fatta sin'ora. E in tanto *etc.* Roma, 18 Giugno 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*  
(a-F[abrizio] card. Paulucci-a)

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

**N. 493.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 18 VI 1707.

*Scribit eum prudenter egisse, cum epum Varmiensem edocuisset, ut proposita ab epo Cuiaviensi facta apud palatinum Posnaniensem promoverentur.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 245r.  
**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 33v - 36r.

Ill.mo e Rev.mo Signore.

E' sommamente desiderabile che si trovi qualche temperamento atto a comporre i due partiti, che tengon divisa la Polonia. E V.ra Signoria Ill.ma ha fatto saviamente a comunicare a Mons. Vescovo di Varmia<sup>258</sup>, affinché da lui sieno promosse appresso il Palatino di Posnania le proposizioni che a quest'oggetto le sono state fatte pervenire da Mons. Vescovo di Cuiavia<sup>259</sup>. Si starà dunque attendendo di sentire come saranno state accolte. E intanto, non havendo che aggiungere a ciò che de' sentimenti di N.ro Signore in ordine alle cose di quel Regno le ho replicatamente significato co' passati miei dispacci, a quelli mi riporto e le auguro *etc.* Roma, 18 Giugno 1707.

Di V.ra Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*  
(a-F[abrizio] card. Paulucci-a)

<sup>a-a)</sup> *Autographum.*

<sup>258</sup> Andreas Chrysostomus Zahuski.

<sup>259</sup> Constantinus Szaniawski.

**Iulius Piazza**  
**Ioanni Szembek, vicecancellario Regni**

Opaviae, 18 VI 1707

*Obsecrat eum, ut omnem adhibeat diligentiam, ut impediatur, a "caesare" Moscorum proposita et desiderata, nova regis electio, religioni catholicae et Regno Poloniae longe perniciosissima. Se perterritum esse fatetur iam annuntiata Interregni declaratione. Implorat ergo eum, ut eiusmodi actum vitandum curet et eliberationem aepi Leopoliensis simul promovere conetur.*

Min.: AV, Nunz.Pol. 132A f. 232v-233r.

Sig. Conte Szembek, V.Cancelliere di Corona, Lublino, 18 Giugno 1707.

nello stesso tempo si spiega su le partite del conto trasmessoli<sup>338</sup>. Ma sicome le espressioni nella lettera sono al quanto forti, così li ho replicato che bramo siino costì interpretate in bene, benché forse scusabile in qualche parte, perché glielie havrà dettate la memoria del suo passato infortunio. E faccio *etc.* Troppaw, XI Luglio 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 553.**

**"Avviso"**  
**a Iulio Piazza**  
**ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 11 VII 1707.

*Generalis Moscoviticus Böhme festivitàte s. Petri Cracoviae celebrata, una cum omnibus copiis suis Lublinum profectus esse fertur, quo etiam Adamus Śmigielski fere eodem tempore pervenit et, abductis multis captivis Moscoviticis, Cześtochoviam se recepit. Moscovitae obsidionem arcis Bychoviensis pergunt, quam Sienicki defendit. Thorunia scribitur Moscovitas ibi omnes naves Gedanum navigantes interceptisse et tributa sibi solvi poposcisse. Duces exercitus Moscovitici cum principe Alexandro Menšikov Lublinum venerunt, quo etiam Sigismundus Rybiński cum copiis suis appropinquat. Exercitus Lithuani cum Moscovitis pugnant. Copiae Sueticae Moscovitas prope Rigam profligasse dicuntur. Rex Suetiae in Saxoniam permanet et exspectat confirmationem pacis ab imperatore, Anglis et Batavis promissam.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 513r-v (annexum fasciculo epistularum N. 548-552).

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 200v-201r.

Troppaw, XI Luglio 1707.

Il Generale Beheme<sup>339</sup> dopo haver'trattato in Cracovia nella festa di S. Pietro con un splendido desinare la Nobiltà Polacca e gli'Officiali Moscoviti,

<sup>338</sup> Cfr. N. 535.

<sup>339</sup> Böhme (Böhm).

che si trovavano in quella Città, ne partì con tutte le Truppe dicesi alla volta di Lublino, ed essendo giunto colà quasi nello stesso tempo il Śmigielski, fece prigioniere alcune Truppe di quella Nazione e poi si ritirò verso Cestochovia.

Continuano i Moscoviti l'assedio del Castello di Bichova<sup>340</sup>, dove si difende con sommo vigore il Sinniecki, che si è dichiarato di volersi ivi tenere sino all'estremità non ostante che dai Moscoviti siino state ruinate colle bombe tutte le case del Castello, non mancando egli intanto di incomodarli con frequenti sortite, colle quali impedisce i loro lavori.

Scrivono di Thorn<sup>341</sup> che i Moscoviti arrestino ivi tutte le Navi Polacche, le quali vanno a Danzica, facendoli pagare le contribuzioni, quantunque ciò sia direttamente contrario alle promesse date dal Czar.

Si ha di Lublino che si andavano sempre differendo da quel Consiglio le sessioni, né si può congetturare quali habbino ad essere le risoluzioni del medemo, con tutto che si creda che la presenza ivi del Czar le farà accelerare. Erano altresì colà giunti molti Officiali Moscoviti, come anche il Principe Menzikow<sup>342</sup>, essendovi [513v] ancora entrato il Rybiński, il quale aveva lasciate a tre miglia lontane dalla Città sudetta le sue Truppe.

Si ha di Littuania che le Truppe di quel Ducato si andavano unendo ed avendo cominciato a battersi colle Moscovite, dicesi assai felicemente, non ostante che l'Oginski fosse colà giunto con un buon Corpo di Moscoviti.

Si è sparsa voce in Varsavia che i Suedesi sotto il comando del Generale Levenhaut havessero battuti i Moscoviti, che si trovavano nei contorni di Riga, con gran mortalità di essi, ma non havendosene d'altronde altri rincontri, se ne attendono avvisi più certi.

Persiste il Re di Svezia in Sassonia colla sua Armata, attendendo la garanzia della Pace dall'Imperatore, Inghilterra ed Olanda, dalli quali la deve procurare il Re Augusto, che odesi essersi spogliato del titolo di Re di Polonia e lasciate le Arme di quella Corona.

#### N. 554.

**"Avviso"**

**a Iulio Piazza**

**ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 11 VII 1707.

<sup>340</sup> Arx Bychów.

<sup>341</sup> Thorunia (Toruń).

<sup>342</sup> Alexander Menšikov.

*Rex Augustus titulo regis Poloniae et insignibus Regni spoliatus est. Incertum est, quonam rex Suetiae ex Saxonia profecturus sit, timetur, ne in Bohemia vel Silesia subsistat. Imperator in ius vocare velle dicitur comitem Zubor, Hungarum, qui sparsit rumorem regem Suetiae cum seditiosis Hungaris foederatum esse. Ignoratur, quem exitum habiturae sint pactiones Suetorum cum imperatore. Palatinus Posnaniensis stationem suam in Saxonia reliquit et Stettinum se contulit, uxori suae obviam iturus. In Saxonia remanent adhuc sex milia equitum. Rex Suetiae, diem natalem suum celebrare nolens, ex stativis in Saxonia positis discessit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 514r-515v.

**- Ed.:** Theiner VMPL IV, p. 42.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 160r-161r.

Troppaw, XI Luglio 1707.

Essendosi il Re Augusto spogliato del titolo di Re di Polonia e lasciate le Arme di quella Corona, è stato commandato in tutta la Sassonia di nominarlo per l'avvenire semplicemente Re et Elettore. Hora resta la garanzia del trattato di pace, che deve venire di Vienna, d'Inghilterra e d'Olanda, e perciò resta ancora il Re di Suezia in quell'Elettorato, di dove quando uscirà si teme che si fermi in Boemia o in questa Provincia di Silesia, per attendervi le sodisfattioni che pretende dall'Imperatore e preliminarmente ad ogni altra vuole che sii formato il Processo Criminale contro il Conte Zubor Ungaro e l'Aiutante di Vratislavia; quello per haver detto in presenza dell'Inviato Suedese che il Re suo Signore [514v] fosse collegato con i Ribelli Ongheri e da cui ricevette un schiaffo, e l'altro per haver fatto tirare contro alcuni Officiali Suedesi, che volle far arrestare, perché arrollavano gente in quella Città e furono i primi a difendersi colle armi. E doppo questa sodisfattione che deve passare alla loro morte, si parlerà allora d'un accomodamento intorno ai Moscoviti che erano al Reno e che si ritirarono ultimamente in Polonia. E per havere queste sodisfattioni è così fermo quel Re, che si crede non ammetterà alcuna altra compensazione, né vorrà attendere a ciò che si sarà esposto dal Conte di Vratislaw<sup>343</sup>, che doveva con commissioni cesaree rendersi appresso il sudetto Re, il di cui Primo Ministro Conte Piper ha detto all'Inviato Imperiale esser [515r] necessario di prevenire ogni rottura col dare le menzionate sodisfattioni al suo Re, acciò non se la prenda Egli, poiché in tal caso potrebbero seguire dei gravissimi sconcerti. E però non si sa come terminerà questa pendenza, che passando ad una aperta rottura forse obbligherà la corte di Vienna a prendere altre misure e procurare

<sup>343</sup> Ioannes Venceslaus Vratislav (†1712), regni Bohemiae cancellarius.

una Lega col Czar, che si suppone esser solo capace ad arrestare in qualche parte le violenze di quel Re, giaché riconosce non dovere sperare cosa alcuna dall'Inghilterra, mentre si è spiegata esser necessario di sodisfarlo e però non si crede d'intenzione di impedire la esecuzione delle di lui richieste sodisfattioni, che si teme possino finalmente far nascere una guerra di Religione.

[515v] Il Palatino di Posnania era partito improvvisamente dal suo quartiere di Leisznik, dicesi alla volta di Stettino<sup>344</sup> per trovarvi la moglie, benché altri lo credino passato a Praga ad una Devozione.

Si procura in Sassonia di porre in ordine con sollecitudine i 6 mila cavalli, che ancora ivi si trovano, onde possino essere in stato di servire al più presto che sarà possibile, trattenendosi intanto il Re Augusto in Lipsia per sollecitare qualche sollievo a i suoi sudditi dal Re di Svezia, il quale era ancora assente dal suo quartiere, dove non volle trovarsi li 18 del passato<sup>345</sup> per evitare i complimenti per la sua nascita che si celebrava quel giorno, in cui era entrato nell'anno vigesimo sesto della sua età.

#### N. 555.

**Stanislaus Szembek, primas Regni Poloniae  
Iulio Piazza**

Lublino, 13 VII 1707.

*Edocet eum de circumstantiis declarati Interregni et de conatibus ad liberandum aepum Leopoliensem (Constantinum Zieliński) susceptis.*

Or.: AV, Nunz.Pol. 132 f. 548r-v + 550r.

Illustrissime etc.

Quanta est diligentia Ill.mae et Rev.mae D.nis V.rae in exponenda intentione Sanctissimi D.ni N.ri, tanta in me promptitudo est in exequenda. Declarationem quidem Interregni post moram longam publico desiderio et expectationi Pacis datam suasit Lex et usus continuus in orbata suo Rege Republica servari solitus. Communis autem Ordinum Regni consensus evicit eandem et statuit in diebus istis. Nemo tamen in Regem designatus est

<sup>344</sup> Stettinum (Szczecin) tunc temporis a Suetis tenebatur.

<sup>345</sup> Carolus XII re vera natus est 17 VI 1682.

et continuatio Consilii hic Lublini per Nos inchoati ad diem undecimam Augusti venturam cum toto effectu est dilata. Hortatur me vehementer et rogat Ill.ma et Rev.ma Dominatio V.ra, ut malis Reipublicae tempestive occurram. Credat mihi, quod id velim omnino facere et quod de facto nunc eapropter, quantum in me est, faciam, sed ut id adhuc magis credere dignetur, Ill.mam et Rev.mam Dominationem V.ram hortor vicissim vehementer, et rogo, quatenus Contrariam Partem pari zelo et applicatione ducat ad ea, quae Pacis sunt. Nostrae moderationis et patientiae ac ad pacandam Rempublicam applicationis magnae et verae manifestum documentum est, ipsa tanti temporis a desertatione Throni Regii per Serenissimum Augustum cunctatio. Nihil praecipitanter actum, quia bonum Pacis fuit semper a Nobis exoptatum et exspectatum.

Consilium Nostrum ad praesens [548v] limitatum a nemine, cui aliqua Status Nostri cognitio est, pro pernicioso reputari potest vel debet. Ordinaria enim via proceditur iuxta praescriptum Legum et Consuetudinem et sumus in Nostra potestate et libertate sentiendi, agendi quod pro Bono Reipublicae sentire et agere honestum et utile de futuro videbitur. Alius modus prosequendarum rerum melior et salubrior a rigidissimis etiam censoribus in hoc rerum statu excogitari et adinveniri non potuit. Ego quidem ad clavum sedeo, sed Iura et Consuetudines ac communis consensus Ordinum Regni est mihi et esse debet pro regula et ipse finaliter omne consilium concludit et terminat. Consilium autem de accedendo, quod mihi Ill.ma et Rev.ma Dominatio V.ra ardentem proponit, captu difficile videtur. Quonam enim modo in tali statu rerum, ut nunc est, ponderatis omnibus circumstantiis ponderandis practicaretur et effectuaretur. Propterea libenter habuissem descripta quaevis media et moda ab Ill.ma et Rev.ma Dominatione V.ra, quibus idem Consilium suum ad effectum deduceretur, salva certitudine, quam, ut video, Ill.ma et Rev.ma Dominatio V.ra pro indubitata tenet, conservationis status Reipublicae et sine manifesto periculo Ecclesiarum et Ecclesiasticorum, imo totius Regni.

Ex his itaque ac aliis reflexionibus dignetur Ill.ma et Rev.ma Dominatio V.ra plenissime persuasa esse, quod Nos alium finem in agendo non habeamus, praeter salutem publicam. Sumus parati arripere [550r] quaevis consilia, modo non intra verba et vota consistant, quae Nos ad eundem desideratum finem efficaciter et secure perducant. Et speramus in Domino Deo, quod ipse Nostras puras et ipsi soli verius et melius notas pro bono publico intentiones benedicet.

Ad extremum concludo literas istas cum ea expressione, cum qua inchoavi, quod videlicet, tanquam Filius Obedientiae sim paratus, omnem voluntatem Sanctissimi D.ni N.ri sequi et ad Ipsius intentiones non aures tantum inclinare, sed et cor totum praebere.

Diligentias novas pro Ill.mo D.no Archiepiscopo Leopoliensi factas<sup>346</sup> testatas facit folium annexum. Apprecando felicissimas quosvis Ill.mae etc. Lublini, 13 Iulii 1707.

Ill.mae et Rev.mae Dominationi V.rae.

<sup>(a)</sup>Devotissimus etc.

St[anislaus] Szembek

A[rchiepiscopus] G[nesnensis] P[rimas] P[oloniae]<sup>-a)</sup>

<sup>a-a)</sup> Autographum.

### N. 556.

**Iulius Piazza**

**Andreae Radoński, archidioecesis Gnesnensis**

Opaviae, 13 VII 1707.

*Dispensat cum eo super irregularitate ex cooperatione forsán ad mortem.*

**Reg.:** Arch.Nunz.Vars. 182 f. 22v-23r.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Andreae Radoński, Archidioecesis Gnesnensis seu alterius, Legationis Nostrae, salutem etc. Exponi Nobis fecisti, qualiter fervore devotionis accensus cupias Altissimo famulari et ad omnes etiam sacri Presbyteratus Ordines promoveri. Verum quia excitato ante aliquot annos tumultu in publico Congressu Nobilitatis versus Sandomiriam contra defunc[23r]tum olim Ill.rem et Magnificum D.num Lipski, Palatinum Calissiensem, sub praetextu male paratae Legationis Suae ad Suecos a Republica ordinatae, dum plures Tui amici et Consanguinei frameas evaginassent, tu quoque ignarus quid rei esset, ex tuo tentorio in campo extenso prosiliisti, teque eidem tumultui immiscuisti, ubi deinde praefatus D.nus Palatinus Calissiensis interfectus est. Et licet contra occisores ipsius causa excitata fuerit in Supremo Tribunali Regni Poloniae, et aliqui utpote capti poena capitis plexi, aliqui fugam arripientes, ad poenas infamiae, bannitionis et colli per decretum damnati, te in processu minime comprehenso, forsitan ut minus nocente. Quia tamen etiam tu tunc temporis frameam evaginasti et cum evaginata post alios accurristi, dubitesque

<sup>346</sup> Constantinus Zieliński.

utrum aliquem actum Defuncto (ad quem tamen nullam offensam, nec malum animum in antea habueras) framea non dederis, quanquam potius ignores, ad omnem tamen conscientiae tuae tranquillitatem et uberiores cautelam, ex quo te illi tumultui immiscuisti, ad Nos recursum habuisti et humiliter supplicari fecisti, ut tecum super irregularitate, quam exinde contraxisses, dispensare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos, tuis supplicationibus benigne inclinati, teque inprimis a quibusvis excommunicationis allisque ecclesiasticis sententiis etc. absolventes et absolutum fore censentes, tamen super irregularitate, quam ex praemissis contraxisses quantus tamen narrata veritate nitantur, et non alias nec aliter, auctoritate Nostra, qua vigore Legationis fungimur Apostolica, dispensamus, omnem irregularitatis maculam sive notam exinde proveniente[m] abstergimus et abolemus, ita, ut si nullum aliud canonicum tibi obstet impedimentum, ad omnes etiam sacri Presbyteratus ordines servatis servandis, et quantus ad id idoneus alias reperiaris, promoveri ac promotus in illis, in Altaris ministerio ministrare et Sacrificium Deo offerre, nec non quaecunque beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura, non plura tamen quam quae iuxta Sacri Concilii Tridentini decreta permittuntur, et dummodo tibi canonicè collata fuerint, recipere, et retinere libere et licite possis et valeas. Iniuncto tamen tibi, ut si in aliquo reus esses, Defuncto in animae suffragiis, vel prout melius de iure fuerit, in Heredibus satisfacias. Non obstante etc. salvis in reliquis iuribus fisci et cuius intererit, talibus, qualia ipsis competunt, aut competere possunt. In quarum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 13 Iulii 1707.

(Locus † sigillii)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
Io[annes] Baptista de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius

N. 557-558.

**Iulius Piazza**

**Ludovico Obrympalski, Adamo Gierzyński, professis Cervenensibus  
Ordinis Canonorum Regularium Lateranensium**

Opaviae, 13 VII 1707.

*Concedit eis dispensationes extra tempora ad omnes ordines.*

Reg.: AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 23r-v.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo R. Fratri Ludovico Obrympalski, [et Adamo Gierzyński], Professo Cervenensi Canonicorum Regularium Lateranensium<sup>347</sup>, salutem etc. Exponi Nobis fecisti, qualiter Ecclesiae Conventus tui Cervenensis seu alterius Ecclesiae ab eodem Conventu dependentis necessitas postulet, ut ad omnes etiam sacri Presbyteratus Ordines promovearis, cupiasque iisdem ordinibus quantocius insigniri. Unde ad nos recursum habuisti et humiliter supplicari fecisti, ut [23v] tibi eosdem extra tempora a iure statuta et interstitiis a Sacro Concilio Tridentino designatis minime servatis, suscipiendi facultatem concedere dignaremur. Nos igitur necessitatibus Ecclesiarum, quantum cum Domino possumus, opportune consulere volentes, supplicationibus huiusmodi benigne inclinati, facultatem petitam in Domino tibi concedimus atque impartimur. Committentes propterea cuicumque Catholico Antistiti, gratiam et communionem Sanctae Sedis Apostolicae habenti, in N.ra Legatione commoranti, in propria Dioecesi residenti, vel in aliena de Ordinarii loci licentia Pontificalia exercenti, ordines conferre valenti, ut dominicis seu aliis festivis diebus, non tamen continuis, sed semper aliquo temporis spatio a praefato Antistite definiendo interpolatis, etiam extra tempora a iure statuta et interstitiis praefatis minime servatis, etiamsi in susceptis ordinibus te minime exercueris, cum commendatitiis superioris tui, quatenus ad id idoneus alias reperiaris, nullumque aliud canonicum tibi obstet impedimentum, ac servata forma canonum et Sacri Concilii Tridentini, libere et licite te ad eosdem omnes etiam sacri Presbyteratus ordines promovere possit, quodque in illis promotus in Altaris ministerio ministrare et sacrificium Deo offerre valeas, auctoritate (qua vigore legationis N.rae fungimur) Apostolica licentiam et facultatem concedimus, atque impartimur. Non obstantibus etc. Volumus autem, quod praesentes nullius sint roboris et valoris, nisi constituto prius ordinanti per litteras testimoniales superioris Tui de praedicta necessitate Ecclesiae. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 13 Iulii 1707.

(Locus † sigilli)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius

<sup>347</sup> Czerwińsk oppidum ad Vistulam.

## N. 559.

**Iulius Piazza**  
**Ślonczewski, professo Cervenensi**  
**Canonicorum Regularium Lateranensium**

Opaviae, 13 VII 1707.

*Concedit ei dispensationem extra tempora ad presbyteratum.*

**Summarium in cancellaria confectum:** AV, Arch.Nunz.Vars.182 f. 23v.

## N. 560.

**Iulius Piazza**  
**Augustino Steffani**

Opaviae, 15 VII 1707.

*Pro superioribus litteris sibi missis gratias agit. De prospero exitu negotii Monasteriensis gaudet. Significat nuntium Coloniensem visitasse monasterium Vallis S. Lamberti Leodiense praebita occasione mortis magni protectoris Jansenistarum. Simultates inter imperatorem et regem Suetiae in dies augeri. Discessum regis Suetiae iterum procrastinatum esse. In Silesia sex milia incolarum rebellionem fecisse contra nimias et insolitas contributiones bellicas et 425 milites tirones legionis regiae conductos esse. In Conventu Lublinensi nulla consilia maioris momenti capta esse, sed "caesarem" Moscorum ibi constanter manere. Subiungit se commoratione sua Opaviae non esse contentum et conclusionem ministerii sui impatienter exspectare.*

**Autogr.:** APF, F.Spiga vol. 47, sf.

Troppaw, 15 Luglio 1707.

Di Hannovera è stato il di Lei foglio umanissimo delli 30 del passato giuntomi ultimamente, e ne la ringrazio con piena devozione, vedendo che tra i suoi negoziati di conseguenza ella non si scorda di me. Del resto posso dirle di haver goduto che il grand'affare di Munster sia passato felicemente e già onninamente terminato. Il mio dubbio delle opposizioni da temersi dal Capitolo di quella Catedrale, e che ella mi scrive essere stato di altri, si

fondò su la credenza che il *Iuxta modum etc.* dovesse farsi da tutto il Capitolo, ma quando poi seppi che solo il partito di Mons. Vescovo haveva a sottomettersi non ne hebbi alcuna difficoltà, poiché sono sicuro che havrebbe adempito a tutto per ottenere il suo Intento, come è felicemente seguito.

Mons. mio Nunzio in Colonia<sup>348</sup>, passato a Liegi a fare la visita del monastero di Valle S. Lamberto, spera bene delle cose in Olanda per le missioni colla pazienza, tanto più che è morto il Sig. di Dweyverde, gran protettore di Giansenisti, e quello che fu l'unico e terribile persecutore del de Cock, onde colla di Lui morte forse ci potremo lusingare di migliore successo, che Dio faccia, ma se poi il Damen vuol dare di testa nella muraglia se la rompa.

La mossa del Re di Svezia si ritarda e fa sempre per temere del male alli stati Austriaci, tuttavia mi si dice e scrive che i Suedesi erano attualmente in marcia e giunti a Grienberg, ultima città di questa provincia di Silesia ai confini dei stati di [2] Brandenburgo e della Gran Polonia<sup>349</sup>, onde sussistendo ciò può credere che le differenze tra S[ua] M[ajesta] I[mperiale] ed il Re di Svezia siino aggiustate. Certo è che è necessaria tal mossa, poiché i Moscoviti sono i Padroni in Polonia et <sup>(a-ultimamente-a)</sup> hanno battuti alcuni centinaia di Polacchi vicino a Kalisch ed il Generale Baur ha preso a discrezione il forte Castello di Bikow in Lituania e fattovi i prigionieri di guerra oltre 3 mila Polacchi il Siennieski Generale Lituano<sup>350</sup> con il fratello<sup>351</sup> e sembra, che hora pensi attaccare Posnania.

Qui si parla essersi sollevati 6 mila villani di questa Provincia di Silesia, impatienti di vedersi fortemente caricati d'imposizioni straordinarie, alle quali non possono fornire e perciò sono ritornati qui 425 <sup>(b-uomini-b)</sup> di reclute del Reggimento Regale, erano già partiti per passare in Baviera.

Il Consiglio di Lublino sta nell'inattione non prendendo risoluzione alcuna, ma il Czar è ivi e perciò sarà obligato di seguire la sua volontà qualunque sia.

Io però sempre incerto in che andará a parare il mio ministero a quando finirá questo onorevole esilio. In ogni luogo però sempre suo vero devotissimo et obligatissimo servitore.

<sup>a-a)</sup> *In textu correctum.*

<sup>b-b)</sup> *Supra lineam adscriptum.*

---

<sup>348</sup> Ioannes Bussi.

<sup>349</sup> Zielona Góra (Grünberg).

<sup>350</sup> Christophorus Casimirus Sienicki.

<sup>351</sup> Ludovicus Senicki (†post 1754).

## N. 561.

**Iulius Piazza**  
**suffraganeo et administratori episcopatus Posnaniensis**  
**[Hieronymo Wierzbowski]**

Opaviae, 15 VII 1707.

*Vacante ecclesia parochiali in Samorzewo dioecesis Posnaniensis, cuius provisio et collatio ad papam et nuntium spectat, indicit certamen inter eos, quorum eiusmodi paroeciae obtinendae interest.*

Reg.: AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 23v-24r.

Iulius Piazza etc. Vacante, ut accepimus, Ecclesia Parochiali Smarzeviensi [Samorzewo] Dioecesis Posnaniensis, post mortem et obitum R. Ioannis Lyskowski, ultimi et immediati illius (<sup>a</sup>-Ecclesiae<sup>a</sup>), dum viveret, Possessoris, in mense Maio proximo praeterito anno currenti defuncti, cuius provisio et collatio in praesens ad Sanctissimum D.num N.rum et Nos spectare dignoscitur. Nos eidem iuxta facultates N.ras providere volentes, omnes et singulos, qui vel examinari vel alios examinandos nominare voluerint, monemus, quatenus intra decem dies a die publicationis praesentium in ecclesia praefata Smarzeviensi et affixionis ac relictionis praesentium in foribus eiusdem ecclesiae immediate secuturos compareant coram Perillustri ac Rev.mo D.no Suffraganeo et Administratore Episcopatus Posnaniensis ad describenda eorum nomina, aetatem et patriam, ut de ipsorum natalibus, vita et moribus ac aliis rebus ad vacantem Parochialem praefatam gubernandam opportunis per eundem Perillustrem ac Rev.mum D.num Suffraganeum et Administratorem Episcopatus Posnaniensis inquiri possit, et [24r] transacto dicto tempore pro die Prima tunc sequenti coram praefato etc. Suffraganeo et Administratore, quatuorque seu ad minus tribus Theologis Examinatoribus per ipsum designandis ad examen subeundum comparere debeant, ut ex iis, quos confecto examine, aetate, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad curae animarum bene gerendae rationem opportunis idoneos esse compertum fuerit, Nos, quem caeteris magis idoneum, mediante relatione seu testimonio eorundem etc. Suffraganei etc. et Coexaminatorum, ut supra, per ipsum deputandorum censuerimus, eum Parochiae vacantis Rectorem Parochumve eligamus et praeficiamus. Quod sane sicut Nos pro eo, quod debemus integre sanctaque in Domino praestare cupimus, ita omnes praecipueque illos, quorum Ecclesiae et curae animarum per Nos consulendum et providendum est, magnopere hortamur ac requirimus, ut hanc N.ram sollicitudinem omni supplicatione, omnique intima pietate et religiosis prae-

cibus continenter adiuvent. Datum Opaviae in Silesia, die decima quinta mensis Iulii Anno Domini 1707.

(Locus † Sigilii)

I[ulius] Archiepiscopus Nazarenus]  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius

<sup>a-a)</sup> *Supra lineam adscriptum.*

**N. 562.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 16 VII 1707.

*Pro novissimis litteris 27 VI datis (cfr. N. 514-517) gratias agit et accuratiora responsa ad eas mittit.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 271r.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 39r.

**N. 563.**

**Card. Fabricius Paulucci  
Iulio Piazza**

Romae, 16 VII 1707.

*Nuntiat summo pontifici declarationem Interregni summopere disciplinuisse, quippe quae novam regis electionem, rei publicae perniciosissam, in Regnum Poloniae attrahere possit. Salutem et remedium contra talem calamitatem esse posse vel pacem inter Suetos et Moscovitas factam, vel confirmationem electionis palatini Posnaniensis. Hortatur nuntium, ut huiusmodi remedia contra mala rei publicae adhibenda pro viribus adiuvere conetur.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 203A f. 272r-v.

**Reg.:** AV, Nunz.Pol. 220 f. 39r-v.

Illustrissimo *etc.*

Di somma displicenza è riuscito a N.ro Signore il passo fattosi in Lublino della dichiarazione dell'Interregno, poiché se questo porterà in conseguenza (come ragionevolmente può temersi) l'altro d'una nuova elezzione, sarà inevitabile l'ultima rovina del Regno e chi l'havrà promossa dovrà renderne strettissimo conto a Dio. Non restando dunque altra speranza per la preservazione del Regno e della libertà, se non che o si conchiuda la pace, che si tratta tra gli Suezzezi e Moscoviti, o la nuova elezzione siegua in persona del Palatino di Posnania, deve esser cura del zelo di V.ra Signoria Ill.ma il cooperare con tutti gli sforzi possibili all'adempimento dell'una o dell'altra pratica.

Nel resto non fanno alcuna forza gli esempi, che si dicono compilati dalla Corte di Suezia per la deposizione di Mons. Primate<sup>352</sup> e di Mons. Vescovo di Cuiavia<sup>353</sup>, e voglia Dio che chi ha data a Lei la notizia della scrittura, [272v] che si pretende formata su questo punto e si vanta di haverne ritardata sin'ora co'suoi ufficii, l'impressione non ne sia l'Autore, colla mira di elevare se stesso coll'oppressione degli altri. Ha non di meno lodata N.ro Signore la condotta, che con esso Lui ha tenuta V.ra Signoria Ill.ma. Ma potrà però fargli opportunamente conoscere che qui non si temono tali minacce, e che per esse non si devierà mai dal retto camino. E senza più *etc.* Roma, 16 Luglio 1707.

Di V. Signoria Ill.ma

Affettuosissimo *etc.*

(a-F[abrizio] card. Paulucci<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

#### N. 564.

**Iulius Piazza**

**Fulgentio Jesse, praeposito provinciali Reformatorum Strictioris Observantiae in Maiore Polonia, et 50 suis religiosis**

Opaviae, 16 VII 1707.

*Impertit eis facultatem absolvendi ab haeresi.*

**Reg.:** AV, Arch.Nunz.Vars. 182 f. 24r.

<sup>352</sup> Stanislaus Szembek.

<sup>353</sup> Constantinus Szaniawski.

Iulius Piazza etc. Dilecto Nobis in Christo Admodum Rev.do Patri Fulgentio Jesse, Provinciae Reformatae S. Antonii in Maiori Polonia Ministro Provinciali, salutem in Domino sempiternam.

Petitio Tua Nobis humiliter porrecta continebat, qualiter ad animarum salutem procurandam haereticos et schismaticos absolvendi et recipiendi licentiam Tibi et quinquaginta Tuis Religiosis Confessariis Conventuum et Ecclesiarum in Provincia Tua existentium concedere dignaremur. Nos igitur, quibus inprimis cordi est, ut omnis haeretica pravitas e mentibus hominum tollatur ovesque aberrantes ad caulam Dominici gregis sedulo adducantur, quique summopere cupimus, ut Sancta Catholica et orthodoxa fides ubique augeatur, auctoritate Apostolica, qua hac in parte fungimur, tenore praesentium, Tibi, Admodum Rev.do Patri Provinciali praefato, et quinquaginta Personis Religiosis Confessariis Conventuum et Ecclesiarum Provincialatui Tuo subiectorum et subiectarum, per te specialiter ad hoc eligendis et designandis, de cuius et quorum pietate, doctrina, morum integritate etc. relapsi hereticos, schismaticos ad te et respective confessarios Tui Ordinis a te designandos, sponte venientes, a suprascriptis etc. audiendos ab Ordinario Loci fueris approbatus, et respective fuerint approbati, possis et valeas, et respective possint et valeant, licentiam et facultatem concedimus et impartimur. Non obstante etc. Praesentibus ad tempus Legationis N.rae tantum valituris. In quorum fidem etc. Datum Opaviae in Silesia, die 16 mensis Iulii Anno Domini 1707.

(Locus † sigilli)

I[ulius] Archiespicopus Nazarenus  
Nuntius Apostolicus  
I[oannes] B[aptista] de Nobilibus  
Auditor Generalis  
Adalbertus Skwarczyński, Cancellarius

**N. 565.**

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 18 VII 1707.

*Gratias agit pro litteris 25 VI datis (cfr. N. 510-513) et de novis negotiis conficiendis refert.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 524r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 85v.

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 18 VII 1707.

*Nuntiat tractatum inter palatinum Posnaniensem, regem Suetiae et electorem Brandenburgensem non esse initum, rumores vero de hac re sparsos vicecancellario Regni tribuendos esse, indignato etiam colloquiis nuntii cum palatino Russiae recenter habitis.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 525r-526r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 85v-86v.

*Eminentissimo etc.*

Dalle notizie, che ho havuto l'onore di portare all'Eminenza V.ra, sicome sembra possa dedursi essere onninamente insussistente il trattato pubblicato tra il Re di Suezia, l'Elettore di Brandeburgo ed il Palatino di Posnania, così su questa non infondata credenza ho dati altri impulsi ai Principali, che si trovano in Lublino, di pensare all'unione replicatamente ordinatami dall'Eminenza V.ra, ma parmi di non potermi adulare d'un felice successo, o perché veramente essi la supponghino impossibile nello stato, in cui si trovano, vedendosi in potere del Czar, o perché dubitino che possa riuscire [525v] per le difficoltà, che si incontreranno dalla parte contraria, della quale non si fidano oltre l'interesse particolare, d'onde forse è nato che il Sig. Vicecancelliere<sup>354</sup> ha creduto le mie lettere troppo parziali e maggiormente che avanti mi giungessero i sentimenti di N.ro Signore, che li comunicai susseguentemente. Le mie risposte non sono state conformi ai suoi pensieri, né a quanto Egli mi haveva rappresentato, giaché li scrissi con sincerità, secondo richiedeva lo stato del Regno ed il mio Ministero, essendosi anche di molto allarmato per havere io trattato col Palatino di Russia<sup>355</sup> nei pochi giorni, che si trattenne qui, onde [526r] mi persuado che faccia dei castelli in aria e s'imagini che costì si habbia una distinta deferenza per il Palatino di Posnania, non sapendo che Questo con i suoi aderenti ha creduto e forse non è ancora guarito da tal'sospetto, il contrario. Tuttavia il partito che si trova in Lublino va guadagnando tempo colle dilazioni, non mi constando né pure sin'hora che sia pubblicato l'Interregno, che si suppone debba precedere quando si voglia fare una nuova Elezzione, benché alcuni di quel Consiglio più caldi

<sup>354</sup> Ioannes Szembek.

<sup>355</sup> Ioannes Stanislaus Jablonowski.

dell'altri non ricerchino tante formalità. Certo è però che sino al presente nulla vi si è determinato. E faccio *etc.* Troppaw, 18 Luglio 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*)

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

**N. 567.**

**Iulius Piazza**  
**card. Fabricio Paulucci**

Opaviae, 18 VII 1707.

*Refert de statu animorum in Polonia post promulgationem Interregni et affirmat fieri fortassis posse, ut supremus exercituum Regni capitaneus novus rex eligatur. Transmittit responsum "caesaris" Moscorum de liberando aepe Leopoliensi (Constantino Zieliński).*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 527r-528r.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 86v-87r.

Eminentissimo *etc.*

Colla pubblicazione dell'Interregno fatta li XI del corrente dal Consiglio di Lublino, della quale ho havuta la notizia colle lettere capitatemi di colà hoggi, si degnarà riconoscere l'Eminenza V.ra esservi poca speranza di vedere quelli, che compongono il sudetto Consiglio, aderire ai sentimenti di Sua Beatitudine, se pure la dilazione di esso sino a gli XI del prossimo non porterà dei cangiamenti alla presente situazione delle cose. Sono espresse nel foglio annesso, che invio all'Eminenza V.ra per mancanza di tempo, come l'ho ricevuto, le ragioni che hanno mosso il Consiglio a fare un passo tale, che ogniuno può bene avvedersi venire dalla presenza del Czar in Lublino [527v], poiché desidera Egli una nuova Elezzione, alla quale sempre più si avvicina il Gran Generale della Corona<sup>356</sup>, che è risoluto di accettarla. Ed hora mi accorgo che i sentimenti del medesimo, espressi nella sua lettera, che inviai all'Eminenza V.ra coll'ultimo mio dispaccio per una nuova Elez-

<sup>356</sup> Adamus Sieniawski.

zione, si riferivano alla propria esaltazione, benché dicasi che il Ragozzi<sup>357</sup> sia per contrastargliela non mandando di avanzare ivi le sue pretensioni che si suppone saranno appoggiate da altre mani.

Viene pure qui ingiunta in un foglio la risposta del Czar<sup>358</sup> per la libertà di Mons. Arcivescovo di Leopoli<sup>359</sup>, la quale non dovrebbe tardare, [528r] se veramente Egli vuole confermarsi, come dice, alla volontà di N.ro Signore, poiché la manifesta al medesimo Mons. Vescovo di Cuiavia<sup>360</sup>, a cui ho scritto che lo creda a nome di Sua Beatitudine per essere a me consegnato. Nella lettera di quel Prelato leggerà l'Eminenza V.ra lo stesso in riguardo di Mons. Arcivescovo, e le risoluzioni presentemente prese in Lublino intorno alle cose pubbliche, delle quali parla solo in generale. E faccio *etc.* Troppaw, 18 Luglio 1707.

Di V.ra Eminenza

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*  
Giulio, Arcivescovo di Nazaret-<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

N. 568.

**"Avviso"**  
**a Iulio Piazza**  
**ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 18 VII 1707.

*Arx Bychoviensis a Moscovitis expugnata est, defensores autem eius, fratres Sienicki, ab eis in custodiam coniecti sunt. Moscovitae etiam alias copias Polonorum profligarunt. "Caesar" Moscorum Lublini commoratur et deputatos conventus ibi celebrati in audientia excepisse fertur. Lublinum quoque pervenerunt copiae ad Rhenum flumen stationem habentes. Supremus exercituum Regni capitaneus, morbo correptus, deliberationibus Conventus Lublinensis non interfuit, imperium autem exercitus palatinus Masoviae assumpsit. Turcae firmant et muniunt arcem Benderensem. Moscovitae Varsaviae permanent eo consilio, ut novitates de hostibus pervenientes melius explorent.*

<sup>357</sup> Franciscus II Rákóczi, dux seditionis contra Domum Austriacam (gentem Habsburgicam) in Hungaria concitatae, Regni Poloniae candidatus.

<sup>358</sup> Responsum Czareae Maiestatis ad punctum 15 ratione eliberationis Ill.mi Archiepiscopi Leopoliensis in Congressu Lublinensi die 6 Iulii 1707, AV, Nunz.Pol. 1707 f. 532r - copia.

<sup>359</sup> Constantinus Zieliński.

<sup>360</sup> Constantinus Szaniawski.

*Rex Suetiae in Saxonia moratur, ubi nuptiis generalis Marierfeldt cum sorore principis Piper interfuit.*

**Or.:** AV, Nunz. Pol. 132 f. 533r-v (annexum fasciculo epistularum N. 565-567).

**Min.:** AV, Nunz. Pol. 132A f. 201r-v.

Troppaw, 18 Luglio 1707.

Doppo havere i Moscoviti assediata per poche settimane la Fortezza di Bichow in Littuania<sup>361</sup> e ruinatala colle bombe, finalmente obbligarono il Generale Sinnicki<sup>362</sup>, che vi commandava col suo Fratello, di renderla ed essi prigionieri di guerra col Presidio di tre milla uomini, ed in questa forma resta il Czar Padrone del Nieper<sup>363</sup> di Kiovia sino a Smoleńsko. Hanno altresì i Moscoviti battute alcune compagnie Polacche unite a diversi Suedesi a Kalisch, benché sia incerto il numero dei morti e feriti.

Avvisano di Lublino che il Czar si trovi ivi ancora ed haveva data udiienza ai Deputati del Consiglio, che era stata assai breve, ed essendo stata la risposta data in scritto in lingua Moscovita. Si è differita la sessione per trasferirla in Polacco, onde possa essere comunicata più facilmente al Consiglio.

Essendo giunte a Lublino le truppe, le quali erano state al Reno, il Czar ne fece la rivista e si compiacque molto di vederle ivi, facendo regalare gl'Officiali di essa, perché si felicemente le havessero condotte a salvamento.

Per essersi trovato infermo ultimamente il Gran Generale della Corona<sup>364</sup> non è potuto assistere alla sessione del Consiglio, le truppe restano sotto il commando del Palatino di Mazovia<sup>365</sup>, il quale si era con esse postato a Tarnopola, deve pure s'incaminava colle sue il Ribiński, essendo altre passate alla volta di Sandomiria.

Si ha di Caminietz che i Turchi continuavano a far lavorare con sollecitudine alle fortificazio[ni] di Bender tanto dai Valacchi, che dai Moldavi, che erano ivi giunti in buon numero.

Scrivono di Varsavia, che vanno continuamente scorrendo partite Moscovite in quei contorni per prendere lingua dei nemici e riconoscere i loro andamenti e che ivi erano ben spesso aperte le lettere, che vi giungono di Sassonia e dalla Russia.

---

<sup>361</sup> Bychów.

<sup>362</sup> Christophorus Casimirus Sienicki.

<sup>363</sup> Borysthenes (Dnepr), flumen per Kioviam perfluens.

<sup>364</sup> Adamus Sieniawski.

<sup>365</sup> Stanislaus Chomentowski.

Soggiorna ancora il Re di Svezia in Sassonia, il quale haveva assistito alle nozze del Generale Marierfeldt colla sorella del Conte Piper, come pure haveva fatto il Palatino di Posnania ritornato dal suo viaggio di Stettino.

**N. 569.**

**"Avviso"  
a Iulio Piazza  
ad Secretariatum Status transmissum**

Opaviae, 18 VII 1707.

*Incohata sunt colloquia ad statuendas discrepantias inter regem Suetiae et imperatorem intercedentes. Rex Suetiae Lipsiae regem Augustum convenit ab ipso ad cenam vocatus, palatino autem Posnaniensi dixit se in Poloniam proficisci. "Caesar" Moscorum commorationem suam Lublini pergit, expugnatione arcis Bychoviensis contentus. Copiae Saxonicae in Hollandiam destinatae ad Rhenum flumen missae sunt. Regnum Hungariae a rebellibus vacans esse declaratum est. Iidem seditiosi ad candidatos regni proponunt filium "caesaris" Moscorum, electorem Brandenburgensem et Franciscum Rákóczi, quem nonnulli futurum regem Poloniae videre volunt.*

**Or.:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 534r-535v.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 161r-162r.

Troppaw, 18 Luglio 1707.

Essendosi intrapresi i negoziati col Re di Svezia per comporre le differenze, che sono tra Esso e Sua Maestà Imperiale, si ode che già siino aggiustati i due primi punti del Conte Zabor e dell'Aiutante di Vratislavia, poiché questi sono consegnati al sudetto Re e rimesso alla di Lui generosità il perdono o castigo dei medemi. Passo a cui è stata obbligata la Corte di Vienna per la vicinanza dell'Armata Suedese ai stati Austriaci e per non attirarsi nuovi nemici nelle presenti congiunture. Si crede ancora che perciò che riguarda l'evasione dei Moscoviti dal Reno, si troveranno espedienti per terminarla in bene colla negotiazione del Conte di Vratislaw.

Il Re di Svezia doppo haver fatta la revista di varii Reggimenti fu all'impro[534v]viso a visitare il Re Augusto, da cui li fu resa la visita la stessa sera fermandosi anche seco a cena. Dimorerà ancora in Lipsia per vedere la partenza dei Suedesi che quantunque si publichi debba seguire quanto

prima, tuttavia non è ancora determinato il giorno di essa, non essendosi il Re di Svezia spiegato che in generale col Palatino di Posnania che ne lo richiese, poiché li disse solo "Certissime ibimus in Poloniam". Si lusinga tuttavia il medemo che seguirà quanto prima, essendo necessaria per rimettere i suoi interessi in Polonia e confermare gl'Aderenti al suo Partito.

Continua il Czar la sua dimora in Lublino, dove ha fatte fare molte allegrezze per la presa di Bichow, infinitamente contento di un sì felice successo, che potrebbe forse [535r] essere interrotto da qualche gran sollevazione, che si teme in Moscovia, come portano le lettere di quelle parti.

Le Truppe Sassone destinate per i Paesi Bassi sono state contra- mandate per il Reno, dove potranno marchiare alcuni Reggimenti <sup>(a-di cavalleria<sup>a</sup>)</sup> della stessa Nazione, unendosi gl'Aleati ai Circoli dell'Imperio per prenderlo al Brosotha e assumerà il commando dell'Armata dell'Imperio il Duca di Hannover, che si publica habbia havuta qualche speranza di essere ricompensato col Vescovado d'Hildesheim o per aggiungerlo ai suoi stati Ereditarii con disposizione di rinunziare in tal caso all'alternativa di Osnabruck, ma di ciò dovrebbe trattarsi nel Congresso della Pace Generale, quando sussista tal voce.

Sentesi che in Ongheria sia stato dai ribelli dichiarato vacante quel Regno, [535v] a cui sono chiamati per candidati il Figlio del Czar<sup>366</sup>, l'Elettore di Brandeburgo<sup>367</sup> et il Ragozzi<sup>368</sup>, a favore del quale si parla che alcuni pensino per la Corona di Polonia e potrebbe ciò forse derivare da mani altre per liberare l'Ongheria dalle di Lui vessazioni, aggiungendovi qualche rincompensa per le sue pretensioni.

<sup>a-a)</sup> *Adscriptum in margine.*

## N. 570.

**Iulius Piazza**

**Congregazioni de Propaganda Fide**

Opaviae, 18 VII 1707.

*Nuntiat Petronium Kamiński, monachum Basilianum, ad munus vicarii generalis dioecesis Premisliensis ritus Graeci disignatum esse.*

**Or.:** APF, Scritture originali vol 559 f. 596r-v.

**Reg.:** APF, Lettere 96, p. 93-94.

**Min.:** AV, Nunz.Pol. 132A f. 262v-263r.

<sup>366</sup> Alexius Petrovič (†1718).

<sup>367</sup> Fridericus III (†1713), ab a. 1701 rex in Prussia.

<sup>368</sup> Franciscus Rákóczi.

Eminentissimi *etc.*

Benché sia stato assicurato che Mons. Vinniski, Vescovo di Premisla unito<sup>369</sup>, a cui le Eminenze V.re si sono degnate appoggiare l'amministrazione del Vescovado di Moncaz<sup>370</sup>, habbia loro con sua lettera rappresentato le ragioni, che hanno mosso lui a Mons. Metropolita<sup>371</sup> unito di nominare al Vicariato generale et Officialato di quella Chiesa il P. Petronio Kaminski, monaco basiliano. Tuttavia ha bramato che io ancora habbia l'onore di esporle alle Eminenze V.re, con supposto che possino godere qualche vantaggio dalle benignissime loro riflessioni a suo favore. S'è egli dunque con Mons. Metropolita a ciò determinato, perché essendo quel monaco stato nominato dal Principe Ragozzi<sup>372</sup>, a cui ha prestati servizii considerabili nella presente guerra al sudetto Vescovado, vedendosene escluso affatto, potrebbe colla protezione di quello impedire l'accesso ivi d'ogni altro ed anche in virtù di [596v] tal pretesa nomina farsi consagrare dal Vescovo Marmoricense, scismatico vicino<sup>373</sup>, ed a Lui unirsi con sommo detrimento di quella diocesi, oltre che tal deputazione del medemo procrastina con buon pretesto la sua consagrazione, della quale è stato richiesto Mons. Metropolita del Ragozzi con sua lettera, mediante la quale presenta ad esso il nominato monaco, poiché asserisce che quella Chiesa dipendeva altre volte dalla sua giurisdizione, unità poscia all'Arcivescovato da Strigonia, adulandosi ancora che una tale nomina potrebbe rendere migliore il monaco ed animarlo a giovare alla sudetta Chiesa per meritarsele susseguentemente, quando i torbidi di Ungheria fossero quietati. E con ciò havendo sodisfatto alle premure di quel buono e zelante Prelato, faccio *etc.* Troppaw, 18 Luglio 1707.

Delle Eminenze V.re

(<sup>a</sup>-Umilissimo *etc.*)

Giulio, Arcivescovo di Nazaret<sup>a</sup>)

<sup>a-a</sup>) *Autographum.*

## N. 571.

### S. Congregatio de Propaganda Fide Iulio Piazza

Romae, 18 VII 1707.

<sup>369</sup> Iosephus Innocentius Winnicki, episcopus ab a. 1700.

<sup>370</sup> Episcopatus Munkacsensis (Munkács) in Hungaria.

<sup>371</sup> Leo Załęski (†1708).

<sup>372</sup> Franciscus Rákóczi.

<sup>373</sup> ?

*S. Congregatio edoceri cupit de dotibus et idoneitate ad eiusmodi munus obeundum patris Cyrilli monachi Basiliani, quem coadiutorem epi Rutheni uniti, Iosephi Szumlański, nominare intendit.*

**Reg.:** APF Lettere 96 f. 76r-v.

- **Ed.:** Šeptuckyj V, p. 42-43. Welykyj, Litterae, II, 261-262.

Per giusti e rilevanti motivi non pare che questa S. Congregazione inclini a deputare per Coadiutore di Mons. Szumlanski, Vescovo Ruteno unito di Leopoli, [76v] il P. Cirillo, Monaco Basiliano da lui richiesto. Desiderano perciò questi Eminentissimi miei Signori che V.ra Signoria con buone et efficaci maniere procuri di persuadere et indurre l'istesso Prelato a proporre qualche altro soggetto idoneo per tal carica con partecipazione di Mons. Metropolitano per maggiormente facilitare le cose e provvedere opportunamente al bisogno suo particolare e della sua Chiesa medesima. Confido nella sperimentata destrezza e prudenza di V.ra Signoria che saprà render capace e ben persuaso l'istesso Prelato delle giuste e savie insinuazioni della S. Congregazione. Con che le offro etc.

#### N. 572.

**Constantinus Szaniawski, epus Vladislaviensis  
Iulio Piazza**

[ante 18 VII 1707]<sup>374</sup>

*Accuratus refert de rerum statu in Polonia post promulgationem Interregni et rogat, ut intentiones factionis suae in Urbe recte describat.*

**Copia:** AV, Nunz.Pol. 132 f. 570r-571v.

Publicatio Interregni fuit inevitabilis propter lucrandum tempus et dulcificandum Czarum, qui absolute volebat et urgebat in instanti Electionem novi Regis, addendo precibus minas hostilitatis subitaneae, quae infallibiter iam fuisset subsecuta, si illam tali specioso, alias in re nihil significante,

<sup>374</sup> Nuntius has litteras misit una cum subsequentibus (cfr. N. 573) in fasciculo 1 VIII 1707 misso.

medio non averteremus. Nam adhuc non obstante hoc Interregno semper in libertate erimus, et cum Stanislao concordandi et ad alia procedendi, si circumstantiae et rationes aliquid aliud rationabile et securum pro Patria suadebunt, praesertim desperata pace, quam summopere desideramus, dummodo iam communicatis Excellentiae V.rae conditionibus stabiliri possit nobiscum et cum Czaro. Alias particularis et separatus tractatus hic et nunc est impracticabilis, nisi cum excidio et ruina totius Regni. Quousque ambae partes a se distantes integras habent vires, capaces sigillatim perdendi nos, antequam deveniant inter se ad certandum. Unicum ergo remedium a Deo et tempore expectandum, donec inter se isti Auxiliatores experiantur. Consequenter supplico Excellentiae V.rae, hortorque per amorem Religionis Catholicae et conservationem Regni, ut in eo casu, postquam ex una parte spes pacis totaliter evanescit, ex alia vero Sueci in Poloniam cum totis copiis actualiter [570v] revertentur contra Moschos, salutem eousque, donec res veniat ad experimentum, Aulam Romanam suis informationibus dirigat et disponat ad quasvis resolutiones circa Personam et interesse futuri Regnantis in Polonia, qui ex multis ponderosissimis reflexionibus ve-reor ne intempestiva cura praesentis morbi nondum ad crisim maturati, maiora et insanabilia augeat mala, ex quo Polonia ad praesens destituta propriis viribus inter duas Potentias aequae sibi periculosissimas versatur et non potest aliter salvari, nisi per mutuas ipsorum clades et pernicias. Nam speramus tanta rabie istas potentias inter se pugnaturas, ut etiam pars victrix quasi similis erit victae, et tunc Poloni evacuato, si non utriusque Potentiae saltem unius deletae, metu, facilius et securius ad unionem redibunt ac fortiores poterunt capere resolutiones, si hic et nunc tempori favorabili sese reservabunt integros. Caeterum Excellentia V.ra debet esse segura et persuasa, quod Pars nostra a passionatis et violentis consilii nimirum est aliena et a remedio novae Electionis tanquam turbulento et perniciosissimas consequentias post se trahente, omni possibili arte libenter vellet abstinere, magis tamen dextere et occulte declinando et lucrando tempus, quam aperte negando. Quia per negationem immediatam statis sequeretur a Czaro, vehe[571r]menter affectante novam Electionem, periculum sine ulla defensione contra totum Regnum apertae hostilitatis. Si eadem via in isto negotio Aula Romana dignabitur procedere, non solum superabit omnes difficultates et consequentias praeiudiciosas, sed conservabit utriusque partis talem qualem confidentiam erga se, semperque erit in statu combinandi partes dissidentes. Alias avertat Deus, si cum manifesta adhaerentia iubendo accessum ad Stanislauum absolute sine ullis conditionibus et sine reparatione libertatis et inhibendo aperte novam Electionem pro una parte se declararet, pro certo in tali casu et illam non acquireret et hanc perdet, cum infinita confusione et praeiudicio Ecclesiae et Reipublicae Polonae, ob quam rationem litterae Excellentiae V.rae dissuadentes Interregnum et Electionem occultari et suppressi debuerunt propter infallibilem alienationem a

